







# ORATIONES

QVAE IN VNIVERSALI

Ecclesia per totum annum  
decantantur: nūc denuō  
collectæ, recogni-  
tæ, & ad vn-  
guē castiga-  
tæ: & no-  
uiter  
impressæ.

Cum priuilegio.

ANNO. M. D. XLIX.



Dominica Prima aduentus.

Oratio.

Xcita, quæsumus Domine, potentiam tuam, & veni: vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegente eripi: te liberante saluari. Qui viuis & regnas.

Sacra.

Hæc sacra nos Domine potente virtute mūdatos, ad sui faciant puriores venire principium. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Oratio.

Suscipiamus Domine misericordiam tuā in medio templi tui: vt reparationis nostræ ventura solennia, cōgruī honoribus præcedamus. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Dominica secunda.

Oratio.

Xcita domine corda nostra ad præparādas vnigeniti tui vias: Et per eius aduentum purificatis tibi mētibus feruire mereamur. Quicquidcum viuit & regnat.

Sacra.

Placare, quæsumus domine, humilitatis nostræ precibus & hostiis: & vbi nulla suppeditunt suffragia meritorum, tuis nobis succurre præsidii. Per dominum.

Postcommunio.

Refecti cibo spirituali alimonie supplices te Domine deprecamur, vt huius participatione mysterij doceas nos terrena despicer, & amare coelestia. Per dominum nostrum.

Dominica Tertia.

Oratio.

Vrem tuam, quæsumus Domine, precibus nostris accōmoda: & clementis nostræ tenebras gratia tuae visitationis illustra: Qui tecum viuit & regnat.

Sacra.

Deuotionis nostræ tibi, quæsumus Dñe, hostiæ ingiter immolentur: quæ & sacri peragant instituta mysterij, & salutare tuum nobis mirabiliter operentur. Per dominum.

Postcommunio.

Imploramus domine clementiam tuam, vt hæc diuina subsidia à vitis expiatas ad festa ventura nos præparent. Per dominum.

Feria quarta quatuor temporum.

Oratio.

Præsto, quæsumus omnipotens Deus, vt redēptionis nostræ ventura solennitas, & præsentis vitæ nobis subsidia cōferat, & æternæ beatitudinis præmia largiatur. Per dominum.

Oratio.

Festina, quæsumus Domine, nè tardaueris, & auxilium nobis supernæ virtutis impende: vt aduentus tui consolationibus subleventur qui in tua pietate confidunt. Qui,

Oratio.

Accepta

¶ Accepta tibi sint (quæsumus Domine) nostra ieiunia: quæ in expiando nos tua gratia dignos efficiant, & ad promissâ sempiterna perducant. Per dominum.

Postcommunio.

¶ Salutaris tui Domine munere satiati, supplices deprecamur, vt cuius latet amarum gustu, renouemur effectu. Per dominum.

Feria Sexta.

Oratio.

Xcita quæsumus Domine potentiam tuam, & eveni: vt hi qui in tua pietate confidunt, ab omni citius aduersitate liberentur. Qui viuis & regnas.

Sacra.

Muneribus nostris, quæsumus dñe, precibusq; susceptis: & celestibus nos munda mysteriis, & clementer exaudi. Per. Postcom.

¶ Tui nos Domine sacramenti libatio sancta restauret: & à vetusta te purgatos, in mysteriis salutaris faciat transire consortium. Per.

Sabbatho.

Oratio.

Eos, qui conspicis, quia ex nostra prauitate affligimur, cōcede de propitiis: vt ex tua visitatione consolemur. Qui viuis & regnas.

Oratio.

¶ Concede, quæsumus omnipotēs Deus, vt qui sub peccati iugo ex vetusta seruitute deprimimur, expectata vnigeniti tui noua natuūitate liberemur. Per eisdem.

Oratio.

¶ Indignos nos, quæsumus domine, famulos tuos, quos actionis propriæ culpa contristat, vnigeniti filij tui aduentus latifiscet. Qui tecum viuit. &c.

Oratio.

¶ Præsta, quæsumus omnipotens Deus, vt filij tui ventura solennitas, & præsentis nobis vitæ remēdia conferat: & præmia æterna concedat. Per eundem.

Oratio.

¶ Preces populi tui (quæsumus domine) clementer exaudi: vt qui inste pro peccatis nostris affligimur, pietatis tuae visitatione consolemur. Qui viuis & regnas deus.

Oratio.

¶ Deus, qui tribus pueris mitigasti flammam ignium, cōcede propitiis, vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dominum nostrum.

Sacra.

¶ Sacrificiis præsentibus (quæsumus domine) placatus intende, vt & deuotioni nostræ proficiant, & saluti. Per. Postcom.

¶ Quæsumus domine deus noster, vt sacro sancta mysteria, quæ pro reparationis nostræ munimine contulisti, & præsens nobis remedium esse facias, & futurum. Per dominum nostrum.

A ij Dñica



Dominica Quinta.

Oratio.

**E**xita Domine potentiam tuā & veni: & magna nobis virtute succurre, vt per auxiliū gratiae tuæ, qd' nostra peccata præpediunt, indulgentia tua propitiationis acceleret. Qui. Sacra. ¶ Sacrificijs presentibus (quæsumus Domine) placatus intède, vt & deuotioni nostræ proficiant & saluti. Per dominum. Postcō. ¶ Sunptis (quæsumus Domine) muneribus, vt cum frequentatione mysterij crescat nostræ salutis effectus. Per Dominum.

In vigilia Natalis Domini.

Oratio.

**D**eus, qui nos redemptionis nostræ annua expectatione laticas, præsta, vt vnigenitum tuum (quem redemptorem suscipimus) venientem quoq; iudicem securi videamus Dominum nostrum. Qui tecum viuit, & regnat. Sacra. ¶ Da nobis, quæsumus omnipotens Deus: vt sicut adoranda filii tui natalicia præuenimus; sic eius munera capiamus sempiterna gaudentes. Qui viuis &c. Postcommunio. ¶ Da nobis (quæsumus Dñe) vnigeniti filii tui recēsita natuitate respirare: cuius ecclesiī mysterio pascimur & potamur. Per eūdē.

Ad Gallicantum.

Oratio.

**D**eus, qui hanc sacratissimam noctem veriluminis fecisti illustratione clarescere: da quæsumus: vt cuius lucis mysteria in terra cognouimus, eius quoq; gaudijs in cœlo perfruamur. Per eundem Dominum. Sacra. ¶ Accepta tibi sit (quæsumus Dñe) hodiernæ festiuitatis oblatione: vt tua gratia largiēte, per haec sacrosancta cōmerita in illius inueniamur forma: in quo tecū est nostra substantia. Qui. Postcom. ¶ Da nobis quæsumus Domine Deus noster: vt qui natuitatem Dñi nostri Iesu Christi, nos frequentare gaudemus: dignis cōuerfationibus ad eius mercamur peruenire cōsortium. Qui tecum.

In luce.

Oratio.

**D**a quæsumus omnipotens Deus: vt qui noua incarnati verbi tui luce perfundimur, hoc in nostro resplendeat opere, quod per fidem fulget in mente. Per eundem. Oratio. ¶ Da quæsumus omnipotens Deus, vt qui beatæ Anastasiæ martyris tuæ solennia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum &c. Sacra.

¶ Munera nostra quæsumus Domine natuitatis hodiernæ myste

xijij

riis apta proueniāt: vt sicut homo genitus idem refulsit Deus, sic nobis hæc terrena sublātia cōferat, qd' diuinū est. Per eū. Sacra. ¶ Accipe, quæsumus domine, munera dignāter oblata, & beatæ Anastasiæ suffragātibus meritis, ad nostræ salutis auxilium prouenire concede. Per Dominum.

Postcommunio.

¶ Huius nos Dñe sacramēti semper nouitas natalis instauret: cni' natuitas singularis humanā repulit vetustatē. Per eūn. Postcō. ¶ Satisla Domine familiā tuam muneric⁹ sacris: eius (quæsum⁹) interuentione nos refoue, cuius solēnia celebramus. Per Dñm.

In die.

Oratio.

Concede, quæsumus omnipotens Deus, vt nos vnigeniti tui noua per carnem natuitas liberet: quos sub peccati iugo veſta seruitus tenet. Per eundem.

Sacra.

¶ Oblata Dñe munera noua vnigeniti tui natuitate sanctifica: nosq; à peccatorum nostrorū maculis emunda. Per eū. Postcō. ¶ Præsta quæsumus omnipotens Deus, vt natus hodie Saluator mundi, sicut diuinæ nobis generationis est author, ita & immortaltatis sit ipse largitor. Qui tecum viuit.

Dominica intra octauas Natalis Domini. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, dirige aētus nostros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filii tui mereamur bonis operibus abundare. Per eundem.

Sacra.

¶ Concede quæsumus Dñe, vt oculis tuæ maiestatis munus oblatum, & gratiam nobis deuotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquirat. Per dominum.

Postcommunio.

¶ Per huius Domine operationem mysterij, & vitia nostra purgētur, & iusta desideria compleantur. Per Dominum.

In die Circuncisionis. Oratio.

**D**eus, qui nos nati Salvatoris diē celebrare concedis octauū, fac nos, quæsumus, eius perpetua diuinitate muniri, cuius sumus carnali commercio reparati. Qui tecum.

Sacra.

¶ Præsta, quæsumus domine, vt per haec munera (que Dñi nostri Iesu Christi arcanæ natuitatis mysterio gerimus) purificate mentis intelligentiam consequatur. Per eundem.

Postcom.

¶ Præsta, quæsum⁹ Dñe, vt qd' Salvatoris nostri iterata festiuitate perceperimus, perpetuæ nobis redēptionis cōferat medicinā. Per.

In vigilia Epiphaniae Domini. Oratio.

A ijij

Corda



**C**orda nostra, quæsumus domine, vèturæ festiuitatis splendor  
illuminet: quo mundi huius tenebris carere valeamus: & per-  
ueniamus ad patriam claritatis æternæ. Per dominum. **Sacra.**  
¶ Tribue, quæsumus Domine, vt eum præsentibus immolemus  
sacrificiis, & sumamus: quem venturæ solennitatis pia munera pre-  
loquuntur dominum nostrum. **Postcommunio.**  
¶ Illumina (quæsumus domine) populum tuum: & splendor gratiæ  
tuæ cor eius semper accende: vt salvatorem suum, & incessanter  
agnoscat, & veraciter apprehendat, Iesum Christum filium  
tuum: Qui tecum viuit & regnat.

In die Epiphaniæ. **Oratio.**

**D**eus, qui hodierna die vnigenitum tuum gentibus stella du-  
ce reuelasti: concede propitius: vt, qui iam te ex fide cognos-  
imus, vsq; ad contéplandam speciem tuæ celitudinis perduca-  
mur. Per eundem. **Sacra.**  
¶ Ecclesiæ tuæ, quæsumus domine, dona propitius intuere: quibz  
non iam aurum, thus, & myrrha profertur: sed quod eisdem mu-  
neribus declaratur, immolatur, & sumitur. Per. **Postcommunio.**  
¶ Præsta, quæsumus omnipotens deus, vt, quæ solenni celebra-  
mus officio, purificare mentis intelligentia consequamur. Per.

Dominica intra octauas Epiphaniæ. **Oratio.**

**V**ota quæsumus domine, supplicantis populi coelesti pieta-  
te prosequere: vt & quæ agenda sunt, videant: & adimplen-  
da, quæ viderint, conualecant. Per dominum. **Sacra.**  
¶ Oblatum tibi domine sacrificium viuifiet nos semper: & mu-  
niat. Per dominum nostrum. **Postcommunio.**  
¶ Supplices te rogamus omnipotens Deus, vt, quos tuis reficis  
sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire con-  
cedas. Per dominum nostrum.

In octauis Epiphaniæ. **Oratio.**

**D**eus, cuius vnigenitus in substantia nostræ carnis apparuit,  
præsta, quæsumus, vt per eū (quem similem nobis foris agno-  
uimus) intus reformari mereamur. Qui tecum. **Sacra.**  
¶ Hostias tibi domine pro nati filii tui apparitiōe deferimus, sup-  
pliciter exorantes: vt sicut ipse nostrorum author est munerum,  
ita ipse sit misericors & susceptor, Iesu Christus Dominus noster.  
Qui tecum viuit & regnat. **Postcommunio.**

¶ Coelesti

¶ Coelestilumine, quæsumus Domine, semper & vbiq; nos præ-  
ueni: vt mysterium (cuius nos participes esse voluisti) & puro cer-  
namus intuitu, & digno percipiamus effectu. Per dominum.

Dominica secunda post octauas Epiphaniæ. **Oratio.**  
**O**mnipotens sempiterne Deus, qui coelestia simul & terrena  
moderaris, supplicationes populi tui clementer exaudi, &  
pacem tuam nostris concede temporibus. Per. **Sacra.**

Oblata Domine munera sanctifica: nosq; à peccatorum nostro-  
rum maculis emunda. Per dominum. **Postcommunio.**

¶ Augeatur in nobis, Domine quæsumus, tua virtutis operatio  
vt diuinis vegetati sacramentis, ad eorum promissa capienda tuo  
munere præparemur. Per dominum nostrum.

Dominica Tertia. **Oratio.**

**O**mnipotens sempiterne Deus, infirmitatem nostram propi-  
tius respice, atq; ad protegendum nos, dexteram tuæ mai-  
statis extende. Per dominum. **Sacra.**

¶ Hæc hostia, Domine quæsumus, emundet nostra delicta: & ad  
sacrificium celebrādum, subditorum tibi corpora mentesq; san-  
ctificet. Per dominum. **Postcommunio.**

¶ Quos tantis domine largitis vti mysteriis, quæsumus, & esse  
eibuseorum veraciter aptare digneris. Per dominum.

Dominica Quarta. **Oratio.**

**D**eus, qui nos in tantis periculis constitutos pro humano scis  
fragilitate non posse subsistere, da nobis salutem mentis &  
corporis: vt ea, quæ pro peccatis nostris patimur, te adiuuāte vin-  
camus. Per dominum. **Sacra.**

¶ Concede, quæsumus omnipotens Deus, vt huius sacrificij mu-  
nus oblatū, fragilitatem nostram ab omni malo purget semper,  
& muniat. Per dominum. **Postcommunio.**

¶ Munera tua nos Deus à delectationibus terrenis expediant, &  
coelestibus semper instruant alimentis. Per dominum.

Dominica Quinta. **Oratio.**

Familiam tuam quæsumus Domine, cotinua pietate custodi:  
vt, quæ in sola spe gratiae coelestis innititur, tua semper prote-  
ctione muniatur. Per dominum. **Sacra.**

¶ Hostias tibi Domine placationis offerimus, vt & delicta nostra  
misericordia absoluas, & nutrātia corda tu dirigas. Per dñm. **Postco-**

A iiiij. Quæsu-



¶ Quæsumus omnipotens Deus, ut illius salutaris capiamus esse-  
dum, cuius per hæc mysteria pignus accepimus. Per.

Dominica Sexta.

Oratio.

Conserua, quæsumus Domine, populū tuum: & nomini tuo  
fac deuotum: vt diuinis subiectus officiis, & temporaliter vi-  
uat, & æterna dona percipiat. Per Dominum. Sacra.

¶ Hæc nos oblatio, Dñe quæsumus, mundet & renouet, guber-  
net & protegat. Per dominum nostrum. &c. Postcomm.

¶ Cœlestibus pasti delitiis, quæsumus Domine, vt eadem semper  
(quæ veraciter viuamu-) appetamus. Per Dominum nostrum.

Dominica in Septuagesima.

Oratio.

Preces populitui, quæsumus Domine, clementer exaudi, vt qui  
iustè pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria  
misericorditer liberemur. Per Dominum. Sacra.

¶ Muneribus nostris, quæsumus Dñe, precibusq; susceptis, & coe-  
lestibus nos munda mysteriis: & clementer exaudi. Per. Postcom.

¶ Fideles tui Deus per dona firmiter: vt eadem & percipiendo re-  
quirant, & querendo sine fine percipient. Per Dominum.

Dominica in LX.

Oratio.

Deus, qui conspicis, quia ex nulla nostra actione confidimus:  
concede propitius, vt contra aduersa omnia Doctoris gen-  
tium protectione muniamur. Per dominum. Sacra.

¶ Oblatum tibi Domine sacrificium viuifecit nos semper, & mu-  
nian. Per dominum nostrum. &c. Postcomm.

¶ Suplices te rogam⁹ oīpotēs deus, vt quos tuis reficiis sacramē-  
tis, tibi etiā placitis moribus dignāter deseruire cōcedas. Per dñm.

Dominica in quinquagesima.

Oratio.

Preces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi, atq; à  
peccatorum vinculis absolutos, ab omni nos aduersitate cu-  
stodi. Per dominum. Sacra.

¶ Hæc hostia, Domine quæsumus, emundet nostra delicta: & ad  
sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora mentesq; san-  
ctificet. Per dominum. Postcomm.

¶ Quæsumus omnipotens Deus: vt qui cœlestia alimenta perce-  
pimus, per hæc contra omnia aduersa muniamur. Per dominum  
nostrum Iesum Christum.

Feria quarta in capite Ieiunij,

Oratio.

Praesta

Praesta domine fidelibus tuis, vt ieiuniorum veneranda solen-  
nia & congrua pietate suscipiant: & secura deuotione percur-  
rant. Per dominum. Sacra.

¶ Fac nos, quæsumus domine, his muneribus offerendis conue-  
nienter aptari: quibus ipsius venerabilis sacramenti celebramus  
exordium. Per. Postcomm.

¶ Percepta nobis domine præbeant sacramenta subsidium: vt &  
tibi grata sint nostra ieiunia, & nobis profitant ad medelā. Per.  
Super populum. Oratio.

Inclinantes se domine maiestati tuae propitius intende: vt qui  
diuino munere sunt refecti, cœlestibus semper nutritur auxi-  
liis. Per dominum nostrum.

Feria Quinta.

Oratio.

Deus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces popu-  
li tui supplicatis propitius respice, & flagella tuae iracundiae  
quæ pro peccatis nostris iustè meremur, auerte. per. Sacra.

¶ Sacrificiis presentibus, domine quæsumus, placatus intende, vt  
& deuotioni nostræ proficiant, & saluti. per. Postcom.

¶ Cœlestis doni benedictione percepta, supplices te deus omni-  
potens deprecamur, vt hoc idem nobis & sacramenti causa sit, &  
salutis. per dominum. Super populum. Oratio.

¶ Parce domine, parce populo tuo: vt dignis flagellationibus ca-  
stigatus, in tua miseratione respiret. per dominum nostrum.

Feria Sexta.

Oratio.

Inchoata ieiunia, quæsumus domine, benigno fauore, pseque-  
re: vt obseruantiam, quam corporaliter exhibemus, mentibus  
etiam sinceras exercere valeamus. per dominum. Sacra.

¶ Sacrificiū domine obseruatiæ Paschalis offerimus: praesta que-  
sumus: vt & tibi mentes nostras reddat acceptas: & continentia  
promptioris nobis tribuat facultatem. per. Postcom.

¶ Spiritum nobis dñe charitatis infunde, vt quos vno cœlesti pa-  
ne satiasti, tua facias pietate concordes. Per. In vnitate eiusdē.

Super populum.

Oratio.

¶ Tucre domine populum tuu, & ab omnibus peccatis clemen-  
ter emunda: quia nulla ei nocebit aduersitas, si nulla dominetur  
iniquitas. per dominum nostrum.

Sabbatho.

Oratio.

Adesto



**A**desto domine supplicationibus nostris, & concede, vt hoc solene ieiunium, quod animis corporibus q̄; curādis salubriter institutum est, deuoto seruitio celebremus. Per do. Sacra.

¶ Præpara nos, quæsumus domine, huius abstinentiæ festiuiis officiis, vt hæc sacrificia veneranda sobriis semper mentibus celebremus. Per dominum nostrum.

Postcom.

¶ Cœlestis vitæ munere vegetati, quæsumus domine, vt quod est nobis in præsenti vita mysterium, fiat aeternitatis auxilium. Per.

Super populum. Oratio.

¶ Fac nos, quæsumus domine, salutis nostræ causas, & denotis semper frequentare seruitiis, & deuotione recolere principaliter inchoatas. Per dominum nostrum.

Dominica prima in Quadragesima. Oratio.

**D**eus, qui ecclesiâ tuam annua Quadragesimali obseruatione purificas, præsta familiæ tuæ, vt quod atē obtinere abstinen- do nititur, hoc bonis operibus exequatur. Per. Sacra.

¶ Sacrificium Quadragesimalis initij solenniter immolamus, te domine deprecantes, vt cum epularū restriictiō carnaliū, à noxiis quoq; voluptatibus temperemur. Per dominum.

Postcom.

¶ Tui nos domine sacramenti libatio sancta restauret, & à vetustate purgatos, in mysteriis salutaris faciat transire consortiū. Per.

Feria Secunda. Oratio.

**C**onuerte nos Deus salutaris noster, & vt nobis ieiuniū Quadragesimale proficiat, mentes nostras coelestibus instrue disciplinis. Per dominum nostrum.

Sacra.

¶ Munera tibi domine oblata sanctifica, nosq; à peccatorum nostrorum maculis emuda. Per dñm nostrū &c.

Postcom.

¶ Salutaris tui domine munere satiati, supplices te rogamus, vt cuius lætamur gustu, renouemur effectu. Per Dominum.

Super populum. Oratio.

¶ Absolue, quæsumus domine, nostrosum vincula peccatorum, & quicquid pro eis meremur, propitius auerte. Per dominum.

Feria Tertia. Oratio.

**R**espice domine familiam tuam, & præsta, vt apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat, que se carnis maceratiō castigat. Per dominum.

Sacra.

¶ Oblatis, quæsumus domine, placare muneribus: & à cunctis nos defende

defende periculis. Per dominum.

¶ Quæsumus omnipotens deus, vt illius salutaris capiamus esse- etum, cuius per hæc mysteria pignus accepimus. Per dñm nřm.

Super populum.

Oratio.

¶ Ascendant ad te preces nostræ, & ab ecclesiâ tua cunctam repellere nequitiam. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Feria Quarta.

Oratio.

¶ Preces nostras, quæsumus dñe, clementer exaudi, & cōtra cuncta nobis aduersantia dexteram tuę maiestatis extende. Per.

¶ Deuotionem populi tui, quæsumus domine, benignus intende, vt, qui per abstinentiam macerantur in corpore, per fructū boni operis reficiantur in mente. Per dominum.

Sacra.

¶ Hostiastibi domine placationis offerimus, vt & delicta nostra miseratus absoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per.

Postcom.

¶ Tui domine perceptione sacramenti, & à nostris mundemur occultis, & ab hostiis liberemur insidiis. Per.

Super populum.

Oratio.

¶ Mentes nostras, quæsumus domine, lumine tuæ claritatis illustra, vt videre possimus, quæ agenda sunt: & quæ recta sunt, age, re valeamus. Per domi.

Feria Quinta.

Oratio.

¶ Deuotionem populi tui, quæsumus domine, benignus intende, vt qui per abstinentiam macerantur in corpore, per fructū boni operis reficiantur in mente. Per dominum.

Sacra.

¶ Sacrificia, dñe quæsumus, ppitius ista nos soluent, quæ medicinalibus sunt instituta ieiuniis. Per dominum.

Postcom.

¶ Tuorū nos dñe largitate donorū, & temporalibus attolle praesi- diis, & renoua sempiternis. Per.

Super populum.

Oratio.

¶ Da quæsumus dñe populis Christianis, & quæ profitenfagno scere, & coeleste munus diligere, quod frequentant. Per domi.

Feria Sexta.

Oratio.

¶ Sto domine propitius plebi tuæ, & quæ tibi facis esse deuotā, benigno resoue miseratus auxilio. Per dñm.

Sacra.

¶ Suscipe, quæsumus dñe, munera nostræ oblata seruitutis, & tua propitius dona sanctifica. Per dominum.

Postcom.

¶ Per huius domine operationē mysterij, & vitia nostra purgen- tur, & iusta desideria compleantur. Per dominum,

Super populum.

Oratio.

Exaudi



¶ Exaudi nos misericors deus: & mentibus nostris gratiae tuæ la  
men ostende. per. Sabbatho. Oratio.

P opulum tuum domine, quæsumus, propitius respice: atq; ab  
eo flagella tuæ iracundiae clementer auerte. per dominum.

¶ Deus, qui nos in tantis periculis constitutos pro humana scis  
fragilitate non posse subsistere, da nobis salutem mentis & corpo  
ris: vt ea, q; pro peccatis nostris patimur, te adiuuante vincamus.  
per dominum nostrum Iesum Christum &c. Oratio.

¶ Protector noster aspice deus: vt qui malorum nostrorum pon  
dere premimur, percepta misericordia, libera tibi mente famule  
mur. per dominum. Oratio.

¶ Adesto, quæsumus domine, supplicationibus nostris: vt esse  
mereamur te largiente & inter prospera humiles: & inter aduer  
sa securi. per dominum. Oratio.

¶ Preces populi tui, quæsumus domine, clementer exaudi: vt qui  
iustè pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria mis  
ericorditer liberemur. per dominum nostrum. Oratio.

¶ Deus, qui tribus pueris mitigasti flamas igniū, cõcede ppitius,  
vt nos famulos tuos nō exsurat flama vitiorum. per. Sacra.

¶ Præsentib; sacrificiis dñe ieiunia nřa sanctifica: vt quod obser  
uantia nřa propositetur extrinsecus, interius operetur. per. Postcō.

¶ Sanctificationibus tuis omnipotēs deus & vitia nostra cure  
tur, & remedia nobis æternæ, pueniant. per dñm nostrum &c.

Super populum. Oratio.

¶ Familiam tuā, quæsumus dñe, propitius illustra: vt beneplacitis  
moribus inhçrendo, cuncta, q; bona sunt, mereatur accipere. per.

Dominica Secunda. Oratio.

D eus, qui cōspicis omni nos virtute destitui, interius exteriūs  
que custodi: vt & ab oībus aduersitatibus muniamur in cor  
pore, & à prauis cogitationibus mundemur in mēte. Sacra.

¶ Sacrificiis presentibus, quæsumus domine, intēde placatus: vt  
& deuotioni nostræ proficiant, & saluti. per dñm. Postcō.

¶ Supplices te rogamus oīpotens deus, vt quos tuis reficiis sacra  
mēti, tibi etiā placitis moribus dignāter deseruire cōcedas. per.

Feria Secunda. Oratio.

P ræsta, quæsumus omnipotens deus, vt familia tua, quæ se af  
fligendo carnem ab alimentis abstinet, se cōstantio iustitiā à cul  
pa ieiunet.

pa ieiunet. Per dominū nostrum Iesum Christum. Sacra.

¶ Hæc hostia domine placationis & laudis tua nos propitiatio  
ne dignos efficiat. Per dominum nostrum. Postcōmuni.

¶ Hæc nos cōmunionio domine purget à crimine: & coelestis reme  
diij faciat esse confortes. Per dominum nostrum.

Super populum. Oratio.

¶ Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus, & quibus  
fiduciam sperandæ pietatis indulges: consuetæ misericordiæ tri  
bue benignus effectum. Per dominum nostrum &c.

Feria Tertia. Oratio

P erfice, quæsumus domine, benignus in nobis obseruantæ  
sancta subsidium: vt quæ te authore facienda cognouimus, te  
operante impleamus. Per dominum nostrum &c. Sacra.

¶ Sanctificationem tuam nobis domine his mysteriis placatus  
operare: quæ nos & à terrenis purget vitiis, & ad coelestia dona  
perducat. Per dominum nostrum Iesum Christū. Postcōmuni.

¶ Vt sacris domine reddamur digni muniberis: fac nos, quæsu  
mus, tuis semper obedire mandatis. Per dominū nostrū &c.

Super populum. Oratio.

¶ Propitiare domine supplicationib; nostris, & animarū nostra  
rum medere lagnoribus: vt remissiōe percepta, in tua semper be  
nedictione latemur. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Feria Quarta. Oratio.

P opulum tuum domine propitius respice: & quos ab escis car  
nalibus præcipis abstinere, à noxiis quoque vitiis cessare con  
cede. Per dominum nostrū Iesum Christum &c. Sacra.

¶ Hostias domine, quas tibi offerimus, propitius respice: & per  
hæc sancta commercia vincula peccatorū nostrorū absolv. Per  
dominum nostrum Iesum Christum &c. Postcōmuni.

¶ Sumptis domine sacramentis, ad redemptionis æternæ, quæsu  
mus, proficiamus augmentum. Per dominum nostrum.

Super populum. Oratio.

¶ Deus innocētiæ restitutor & amator: dirige ad te tuorū corda  
feruorum, vt Spiritus tui feruore concepto, & in fide inueniātur  
stabiles, & in opere efficaces. per dominum. In unitate.

Feria Quinta. Oratio.

P ræsta nobis dñe, quæsumus, auxilium gratiæ tuæ: vt ieiunis  
&



& orationibus conuenienter intenti, liberemur ab hostibus mentis & corporis, per dominum.

Sacra.

¶ Præsenti sacrificio nomini tuo nos domine ieiunia dicata sanctificent: ut quod obseruantia nostra profitetur exterius, interius operetur effectus, per dominum nostrum.

Postcommunio.

¶ Gratia tua nos, quæsumus domine, non derelinquit: quæ & faciat nos deditos faciat seruituti, & tuam nobis opem semper acquirat, per dominum nostrum Iesum Christum.

Super populum.

Oratio.

¶ Adesto domine famulis tuis, & perpetuam benignitatem largire poscentibus: ut his (qui te authore & gubernatore gloriant) & congregata restaures, & restaurata conferues, per dominum.

Feria Sexta.

Oratio.

D A quæsumus omnipotens deus: vt sacro nos purificante ieiunio, sinceras mentibus ad sancta ventura facias peruenire, per dominum.

Sacra.

¶ Hæc in nobis sacrificia, deus, & actione permaneat, & operatione fermentur, per dominum nostrum.

Postcommunio.

¶ Fac nos, quæsumus domine, accepto pignore salutis eternæ, sic tendere congruenter: ut ad eam peruenire possimus, per dñm.

Super populum.

Oratio.

¶ Da, quæsumus domine, populo tuo salutem mentis & corporis: vt bonis operibus inherendo, tuæ semper virtutis mereatur protectione defendi, per dñm nřm Iesum Christum filium tuum &c.

Sabbatho.

Oratio.

D A, quæsumus domine, nostris effectum ieiuniis salutarem: vt castigatio carnis assumpta, ad nostrarū vegetationē transeat animarum, per dominum nostrum &c.

Postcommunio.

¶ Sacramenti tui dñe diuina libatio penetralia nostri cordis infundat: & sui participes potenter efficiat, per dominum nostrum.

Super populum.

Oratio.

¶ Familiā tuā, quæsumus dñe, cōtinua pietate custodi: ut q̄ in sola spe gratiæ coelestis innititur, coelesti etiā protectione munias, per.

Dominica Tertia.

Oratio.

Q Væsumus omnipotens deus, vota humiliū respice: atq; ad defensionem nostrā, dexterā tuæ maiestatis extende, per dñm nostrum Iesum Christum filium tuum &c.

Sacra.

Hæc

¶ Hæc hostia, domine quæsumus, mūdet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum, subditorū tibi corpora mentesq; sanctificet, Per dominum nostrum.

Postcommunio.

¶ A cunctis nos domine reatibus & periculis propitius absolvet: quo stanti misterij tribuis esse particeps, Per dominum.

Feria Secunda.

Oratio.

C Ordibus nostris, quæsumus dñe, gratiā tuā benignus infunde: vt sicut ab escis corporalib; abstinemus, ita sensus quoq; nostros à noxiis retrahamus excessibus. Per dominum.

Sacra.

¶ Munus, quod tibi domine nostra seruitutis offerimus, tu salutare nobis perfice sacramentum. Per dominum.

Postcommunio.

¶ Præsta, quæsumus omnipotens & misericors deus, vt quæ ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominum nostrum.

Super populum.

Oratio.

¶ Superueniat nobis dñe misericordia tua, vt ab imminentibus peccatorū nostrorū periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante saluari. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Feria Tertia.

Oratio.

E Xaudi nos omnipotens & misericors deus, & continentia salutaris propitiatus nobis dona concede. Per dominum.

Sacra.

¶ Per hæc veniat, quæsumus domine, sacramenta nostræ redemptionis effectus, qui nos & ab humanis retrahat excessibus, & ad salutaria cuncta perducat. Per dominum.

Postcommunio.

¶ Sacris domine mysteriis expiati, & veniam consequamur & gratiam. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Super populum.

Oratio.

¶ Tua nos domine protectione defende: & ab omni nos semper iniustece custodi. Per.

Feria Quarta.

Oratio.

P Ræsta nobis, quæsumus domine, vt salutaribus ieiuniis eruditæ à noxiis quoque vitiis abstinentes, propitiationem tuam facilius impetrremus. Per dominum nostrum.

Sacra.

¶ Suscipe, quæsumus domine, preces populi tui cum oblationibus hostiarum, & tua mysteria celebrantes, ab omnibus nos defende periculis. Per dominum.

Postcommunio.

¶ Sanctificet nos domine, qua pasti sumus, mensa coelestis, & à cunctis erroribus expiatos, supernis promissionibus reddat accep-

ptos



pros. Per Dominum. Super populum. Oratio.  
¶ Concede, quæsumus omnipotens Deus, vt qui protectionis tuæ  
gratiam querimus, liberati à malis omnibus, secura tibi mète ser-  
uiamus. Per dominum nostrum. Feria Quinta. Oratio.  
Concede, quæsumus omnipotens Deus, vt ieiuniorum nobis  
sancta deuotio & purificatione tribuat, & maiestati tuæ nos  
reddat acceptos. Per dominum. Sacra.  
¶ Efficiatur hæc hostia, quæsumus Domine, solennibus grata  
ieiuniis: & vt tibi fiat acceptior, purificatis mentibus immoletur.  
Per Dominum nostrum. Postcommunio.  
¶ Sacramenti tui Domine veneranda perceptio, & mystico nos  
mundet effectu, & perpetua virtute defendat. Per Dominum.  
Super populum. Oratio.  
¶ Subiectum tibi populu, quæsumus Dñe, propitiatio coelestis  
amplificet: & tuis faciat semper seruire mandatis. Per Dominum.  
Feria Sexta. Oratio.  
Ieiunia nostra, quæsumus Domine, benigno fauore prosequi-  
re: vt sicut ab alimetiis abstinemus in corpore: ita & à vitiis iei-  
nemus in mente. Per Dominum. Sacra.  
¶ Respice Domine propitius ad munera, quæ sacram: vt & tibi  
grata sint: & nobis salutaria semper existant. Per. Postcom.  
¶ Huius nos Domine perceptio sacramenti mundet à crimen: &  
ad coelestia regna perducat. Per.  
Super populum. Oratio.  
¶ Præsta quæsumus omnipotens Deus, vt qui in tua protectione  
confidimus, cuncta nobis aduersantia te adiuuante vincamus. Per  
Dominum nostrum Iesum Christum.  
Sabbatho. Oratio.  
Præsta quæsumus omnipotens Deus: vt qui se affligendo car-  
nem ab alimentis abstinent, sectando iustitiam à culpa ieiun-  
ent. Per dominum nostrum. Sacra.  
¶ Concede quæsumus omnipotens deus: vt huius sacrificij munus  
oblatum fragilitatem nostram ab omni malo purget semper, &  
muniat. Per dominum nostrum. Postcommunio.  
¶ Quæsumus omnipotens deus, vt inter eius membra numerem-  
ur, cuius corpus communicamus & sanguinem. Per.  
Super populum. Oratio.  
Prætende

¶ Prætende domine fidelibus tuis dexteram coelestis auxilij, vt  
te toto corde perquirat: & quæ dignè postulant, cōsequi merean-  
tur. Per dominum. Dominica Quarta. Oratio.  
Concede, quæsumus omnipotens deus, vt qui ex merito no-  
stræ actionis affligimur, tuæ gratiæ cōsolatione respiremus.  
Per dominum nostrum. Sacra.  
¶ Sacrificiis præsentibus, domine quæsumus, placatus intende,  
vt & douotioni nostræ proficiant, & saluti. Per. Postcom.  
¶ Da nobis misericors Deus, vt sancta tua, quibus incessanter ex-  
plemur, & synceris tractemus obsequiis, & fideli semper mète su-  
mamus. per. Feria Secunda. Oratio.  
Præsta, quæsumus omnipotens deus, vt obseruationes sacras  
annua deuotione recolêtes, & corpore tibi placeamus & men-  
te. per dominum. Sacra.  
¶ Oblatum tibi domine sacrificium, uiuiscet nos semper, & mu-  
niat. per dominum. Postcommunio.  
¶ Sumptis domine salutaribus sacramentis, ad redēptionis æter-  
nae, quæsumus, proficiamus augmentum. per dominum.  
Super populum. Oratio.  
¶ Deprecationem nostram, quæsumus domine, benignus exaudi:  
& quibus supplicandi præstas affectum, tribue defensionis  
auxilium. per dominum.  
Feria Tertia. Oratio.  
¶ Acræ nobis, domine quæsumus, obseruationis ieiunia, & piæ  
conuersationis augmentum, & tuæ propitiacionis continuum  
præstent auxilium. per dominum. Sacra.  
¶ Hæc hostia, dñe quæsumus, emundet nřa delicta: & ad sacrificiū  
celebrādū, subditorū tibi corpora mètesq; sc̄ificet. per. Postcom.  
¶ Huius nos domine perceptio sacramenti mundet à crimen: &  
ad coelestia regna perducat. per dominum.  
Super populum. Oratio.  
¶ Miserere domine populo tuo, & continuis tribulationibus la-  
borantem, propitius respirare concede, per dominum.  
Feria Quarta. Oratio.  
Deus qui iustis præmia meritorū, & peccatoribus per ieiuniū  
veniā præbes, miserere supplicibus tuis: vt reatus nostri con-  
fessio indulgentiam valeat percipere delictorum. per. Oratio.  
B. Praef.



Praesta, quæsumus omnipotens deus, ut quos ieiunia votiva cafligant, ipsa deuotio quoq; sancta lætificet, & terrenis afflictibus mitigatis, facilius cœlestia capiamus. per dominum. Sacra.

¶ Supplices te domine rogamus, vt his sacrificiis peccata nostra mundentur, quia tunc veram nobis tribues mentis & corporis sanitatem. per dominum. Postcommunio.

¶ Sacramenta, quæ sumplimus dñe deus noster, & spiritualib<sup>z</sup> nos repleant alimentis, & corporalibus tueantur auxiliis. per dominum.

Super populum. Oratio.

¶ Pateant aures misericordie tuæ Domine precibus supplicantium: & vt peterib<sup>z</sup> desiderata concedas, fac eos, quæ tibi sunt placita postulare. per dominum.

Feria Quinta. Oratio.

Praesta, quæsumus omnipotens Deus, ut quos ieiunia votiva castigant, ipsa quoq; deuotio sancta lætificet, ut terrenis affe-ctibus mitigatis, facilius cœlestia capiamus. per dominum. Sacra.

¶ Purifica nos misericors deus, vt ecclesie tuæ preces, quæ tibi gratae sunt, pia munera deferentes, fiant expiatis mentibus gratiores. per dominum nostrum. Postcommunio.

¶ Cœlestia dona capientes, quæsumus domine, non ad iudicium peruenire patiaris, quod fidelib<sup>z</sup> tuis ad remedium prouidisti. per.

Super populum. Oratio.

¶ Populi tui deus institutor & rector, peccata, quib<sup>z</sup> impugnat, expelle, vt semper tibi placitus, & tuo munimine sit securus. per.

Feria Sexta. Oratio.

D<sup>r</sup>eus, qui ineffabilibus mundū renouas sacramentis, præsta, quæsumus, vt ecclesia tua & æternis p̄ficiat institutis, & temporalibus non desituantur auxiliis. per dominum. Sacra.

¶ Munera nos, dñe quæsumus, oblata purificant: & nobis ingenter faciant te esse placatum. per dominum. Postcommunio.

¶ Hec nos, quæsumus domine, participatio sacramenti, & a propriis reatibus indesinenter expediat, & ab omnibus tucatur aduersis. per dominum nostrum.

Super populum. Oratio.

¶ Da, quæsumus omnipotens deus, vt qui infirmitatis nostræ consij de tua virtute cōfidimus, sub tua semper pietate gaudemus. per dominum nřm. Sabbatho. Oratio.

Fiat

Fiat, quæsumus Domine, per gratiam tuam fructuosus nostræ deuotionis affectus, quia tunc nobis proderunt suscepta ieiunia, si tuæ sint placita pietati. Per dominum. Sacra.

¶ Oblationibus, quæsumus domine, placare susceptis: & ad te nostraras etiam rebellis cōpelle propitiis voluntates. Per. Postcom. ¶ Tua nos, Domine quæsumus, sancta purificant, & operatione sua tibi faciant esse deuotos. Per Dominum.

Super populum. Oratio.

¶ Deus, quis per antibus in te, misereri potius eligis, quā irasci: da nobis dignè flere mala quæ facimus: vt tuæ consolationis gratia inuenire valeamus. Per dominum nostrum.

Dominica in passione. Oratio.

¶ Quæsumus omnipotens Deus: familiam tuam propitiis responde, vt te largiente regatur in corpore, & te seruante custodiatur in mente. Per dominum. Sacra.

¶ Hec munera, quæsumus Dñe, & vincula nostræ prauitatis absolvant, & tuæ nobis misericordie dona cōcipient. Per. Postcom.

¶ Adesto nobis Domine Deus noster: & quos tuis mysterijs recreasti, perpetuis defende presidiis. Per dominum.

Feria secunda. Oratio.

¶ Sanctifica, quæsumus Domine, nostra ieiunia: & cunctarū nobis propitiis indulgentiam largire culparum. Per. Sacra.

¶ Cōcede nobis (quæsumus domine Deus noster) vt hæc hostia salutaris & nostrorum fiat purgatio delictorum, & tuæ propitiatione maiestatis. Per dominum.

Postcommunio.

¶ Sacramēti tui, quæsumus Domine, participatio salutaris & purificationem nobis p̄beat, & medelam. Per dominum.

Super populum. Oratio.

¶ Da, quæsumus Domine, populo tuo salutem mētis & corporis: vt bonis operibus inhārendo, tua semper mereatur protectione defendi. Per dominum.

Feria Tertia. Oratio.

¶ Ostra tibi (quæsumus Domine) sint accepta ieiunia: quæ nos & expiando gratia tua dignos efficiant, & ad remedia perdūcant æterna. Per dominum. Sacra.

¶ Hostias tibi Domine deferimus immolandas, quæ temporali cōsolatione nos sic lætificēt, vt promissa certiū speremus æterna.

B ij Per



Per dominum.

Super populum.

Oratio.

¶ Da nobis, quæsumus domine, per seuerantem in tua voluntate  
samulatum: vt in diebus nostris & merito & numero populus ti-  
bi seruens augeatur. Per dominum.

Feria Quarta.

Oratio.

**S**anctificato hoc ieunio deus tuorū corda fideliū miserator il-  
lustra: & quibus deuotionis præstas affectū præbe supplican-  
tibus pium benignus auxilium. Per dominum. **Sacra,**  
¶ Annue nobis misericors Deus, vt hostias placationis & laudis  
syncero tibi deferamus obsequio. Per dominum. **Postcommuni.**  
¶ Cœlestis doni benedictione percepta, supplices te Deus omni-  
potens deprecamur, vt hoc idem nobis & sacramenti causa sit &  
salutis. Per dominum nostrum.

Super populum.

Oratio.

¶ Adesto supplicationibus nostris omnipotens Deus, & quibus  
fiduciam sperandæ pietatis indulges, consuetæ misericordiaz tribue  
benignus effectum. Per dominum nostrum.

Feria Quinta.

Oratio.

**P**raesta, quæsumus omnipotens Deus, vt dignitas conditionis  
humanæ per immoderantiam fauciata, medicinalis parsimo-  
niae studio reformatur. Per dominum nostrum. **Sacra,**  
¶ Domine Deus noster, qui in his potius creaturis, quas ad fragi-  
litatis nostræ subfidiū cōdidiisti, tuo quoq; nominis munera iulsi-  
sti dicando cōstitui: tribue quæsumus, vt & vita nobis præsentis  
auxiliū, & æternitatis efficiant sacramentū. Per dñm. **Postcom.**  
¶ Quod ore sumpmus Domine, pura mēte capiamus, & de mu-  
nere temporali fiat nobis remedium sempiternum. Per dñm.

Super populum.

Oratio.

¶ Esto, quæsumus domine, propitius plebi tuæ, vt qua tibi non  
placent respuens, tuorum potius repleatur delectationibus man-  
datorum. Per dominum nostrum.

Feria Sexta.

Oratio.

**C**ordibus nostris, quæsumus domine, auxilium gratiæ tuæ be-  
nignus infunde, vt peccata nostra castigatione voluntaria  
cohibentes, corporaliter potius maceremur, quam supplicis de-  
putemur æternis. Per dominum. **Sacra,**

¶ Praesta nobis misericors Deo, vt dignètus semper seruire alta-  
ribus

rib' mereamur, & eorū perpetua participatiōe saluari. per. Postc.

¶ Sump i sacrificij domine perpetua nos tuitio nō derelinquat,  
& noxia semper à nobis cuncta depellat. per dominum.

Super populum.

Oratio.

¶ Concede, quæsumus omnipotens Deus, vt qui protectionis tuæ  
gratiam quærimus, liberati à malis omnibus secura tibi mēte ser-  
viamus, per dominum.

Oratio.

**P**roficiat, quæsumus domine, plebs tibi dicata piz deuotionis  
affectu: vt sacris actionibus eruditæ, quanto maiestati tuæ sit  
gratior, tanto donis potioribus augeatur. per.

Sacra,

¶ A cunctis nos, domine quæsumus, reatibus & periculis propi-  
tius absoluere, quos tanti mysterij tribuis esse participes, per do-  
minum nostrum.

Postcommunio.

¶ Diuini satiati muneri largitate, quæsumus domine Deus no-  
ster, vt huius semper participatione viuamus, per dominum.

Super populum.

Oratio.

¶ Tueatur, quæsumus domine, dextera tua populum tuum de-  
precantē: & purificatum dignanter eruditæ, vt consolatione pæ-  
fenti ad futura bona proficiat, per dominum.

Dominica in Ramis Palmarum.

Oratio.

**O**mnipotens sempiterne deus, qui humano generi ad imitan-  
dum humilitatis exemplum Saluatorem nostrum carnē su-  
mere & crucem subire fecisti, concede propitius, vt & patientiæ  
ipsius habere docimēta, & resurrectionis consortia mereamur,  
per eundem dominum.

Sacra,

¶ Concede, quæsumus domine, vt oculis tuæ maiestatis munus  
oblatum, & gratiam nobis deuotionis obtineat, & effectum beatæ  
perennitatis acquirat, per dominum.

Postcom.

¶ Per huius operationem mysterij & virtutis nostra purgentur, &  
iusta desideria compleantur. per dominum.

Postcom.

Feria Secunda.

Oratio

**D**a, quæsumus omnipotens deus, vt qui in tot aduersis ex no-  
stra infirmitate deficimus, intercedēte vnigeniti filij tui pa-  
sionis respiremus. Qui tecum.

¶ Hæc sacrificia nos omnipotens deus potētivitute emundatos,  
ad sui faciant priores venire principium. per.

Postcom.

¶ Prebeat nobis domine diuinum tua sancta seruorem, quò co-

B iiij rum



rum pariter & actu delectemur, & fructu per dominum.

Super populum.

Oratio.

¶ Adiuua nos deus salutaris noster, & ad beneficia recoleda, qui  
bus nos instaurare dignatus est, tribue venire gaudentes. per.

Feria Tertia.

Oratio.

**O**Mnipotens sempiterne deus, da nobis Dominicę passionis  
sacramenta peragere, vt indulgentiam percipere mereamur.  
per dominum.

Sacra.

¶ Sacrificia nos, quæsumus domine, propensiū ista restaurant,  
quæ medicinalibus sunt instituta ieiuniis. per

Postcōm.

¶ Sanctificationibus tuis omnipotens deus, & vitia nostra curen-  
tur; & remedia nobis sempiterna perueniant. per.

Super populum.

Oratio.

¶ Tua nos misericordia deus, & ab omni surreptione vetustatis  
expurget, & capaces sancte nouitatis efficiat. per dominum.

Feria Quarta.

Oratio.

Preesta, quæsumus omnipotens deus, vt qui nostris excessibus  
incepsanter affligimur: per vñigeniti tui passionē liberemur.  
Qui tecum viuit, & regnat.

Oratio.

¶ Deus, qui pro nobis filium tuum crucis patibulū subire volui-  
sti, vt inimici à nobis expelleres potestate: concede nobis famu-  
list tuis, vt resurrectionis gratiam consequamur. per.

Sacra.

¶ Purifica nos misericors deus: vt ecclesiæ tuæ preces, quæ tibi  
gratæ sunt, pia munera deferentes, fiant expiatis mentibus gra-  
tiores. per dominum.

Postcōmunio.

¶ Largire sensibus nostris ops deus: vt per temporalē filij tui mor-  
tem, quā mysteria venerāda testantur: vt nobis te dedisse con-  
damus. per

Super populum.

Oratio.

¶ Respice, quæsumus domine, super hanc familiā tuam, pro qua  
dominus noster Iesu Christus non dubitauit manibus tradi no-  
centium, & crucis subire tormentum. Qui tecum viuit.

Feria quinta in ecœna Domini. Benedictio ignis.

Oratio.

**D**eus, qui filium tuū (angularē scilicet lapidē) charitatis ignē  
fidelibus tuis contulisti productū ex silice, nostris profutu-  
rum visibus, nouum hunc ignem sanctifica: & concede nobis, ita  
per hæc festa paschalia cœlestibus desideriis inflamari, vt ad per-  
petuę claritatis puris mentibus valcamus festa pertingere. per.

Quatuoramus

Benedictio incensi.

Oratio.

**Q**Væsumus omnipotens Deus Abraham, Deus Isaac, Deus  
Jacob, immitte in hanc creaturam incensi, viui odoris tui ef-  
ficaciam: vt sit seruulis tuis, vel ancillis munimentum, tutela quæ de-  
fensionis, non intret hostis in viscera eorū, neque aditum possit ha-  
bere vel sedem. Per dominum.

Oratio.

¶ Deus à quo & Iudas reatus sui poenam, & cōfessionis suæ latro  
præmiū sumpliit, concede nobis tuæ propitiationis effectum: vt  
sicut in passiōe sua Iesu Christus Dominus noster diuersa vtrisque  
intulit stipendia meritorū, ita nobis ablato vetustatis errore, re-  
surrectionis suæ gratiam largiatur. Qui tecum.

Sacra.

¶ Ipsetibi domine sancte pater omnipotens Deus sacrificiū nostrū  
reddat acceptū, qui discipulis suis ī sui cōmemorationē hoc fieri  
hodierna traditiōe mōstravit, Iesu Christus Denis nostrus. Qui. Postcō.  
¶ Refecti vitalibus alimētis, quæsumus dñe Deus noster: vt quod  
tempore nostræ mortalitatis exequimur: immortalitatistumu-  
nere consequamur. Per dominum.

Feria sexta.

Oratio.

**O**remus dilectissimi nobis in primis pro ecclesia sancta Dei:  
vt eam Deus & dominum noster pacificare, adunare, & custodire  
dignetur toto orbe terrarum, subiaciēt ei principatus & potesta-  
tes, detque; nobis tranquillam & quietam vitam degentibus, glori-  
ficare Deum & patrem omnipotentem.

Oratio.

¶ Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriam tuam omnibus in  
Christo gentibus reuelasti, custodi opera misericordiæ tuæ, vt ec-  
clesia tua toto orbe diffusa, stabili fide in confessione tui nomi-  
nis perseueret. Per eundem.

Oratio.

¶ Oremus & pro beatissimo papa nostro. Non vt deus & dominum nostrus, qui  
elegit eū in ordinem episcopatus, saluum atque incolumen custo-  
diat ecclesias suæ sanctæ, ad regendum populum sanctū Dei. Oro.  
¶ Omnipotens sempiterne Deus, cuius iudicio vniuersa fundan-  
tur, respice propitius ad preces nostras, & elecū nobis Antistititē  
tua pietate cōseruat christiana plebs, quæ te gubernatur autho-  
re, sub tuo pontifice credulitatis suæ meritis angeatur. Per. Oro.

Oratio.

¶ Oremus & pro omnibus episcopis & presbyteris, diaconibus  
& subdiaconibus, acolythis, exorcistis, lectoribus, ostianis, & cōfes-  
toribus, virginibus, viduis, & pro omni populo sancto Dei. Oro.  
¶ Omnipotens sempiterne Deus, cuius spiritu totum corpus ec-

B iiiij cœlestis



Ecclesie sancti ficitur & regitur, exaudi nos pro vniuersis ordinib⁹ supplicantes, vt gratiae tuæ munere ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per dominum.

Oratio.

¶ Oremus & pro Christianissimo rege nostro. N. vt Deus & dominus noster subditas illi faciat omnes barbaras nationes ad nostram perperuam pacem. Per dominum.

Oratio.

¶ Omnipotens sempiterne Deus, in cuius manu sunt omniū potestates, & omnium iura regnorum, respice ad Christianū benignus imperium, vt gentes, quae in sua feritate confidunt, potestate dexterā contiprīmantur. Per dominum.

Oratio.

¶ Oremus & pro catechumenis nostris, vt Deus & Dñs noster adaperiat aures præcordiorū ipsorū, ianuamq; misericordiae: vt per lauacrum regenerationis (accepta remissione omniū peccatorū) & ipsi inueniantur in Christo Iesu Dño nostro.

Oratio.

¶ Omnipotens sempiterne Deus, qui ecclesiam tuā noua semper prole fecundas: auge fidem & intellectū catechumenis nostris: vt renati fonte baptisnatis, adoptionis tuae filiis aggregetur. Per dominum nostrum.

Oratio.

¶ Oremus dilectissimi nobis Deum patrem omnipotentē, vt cunctis mundū purget erroribus, morbos auferat, famē depellat, apriat carceres, vincula dissoluat, peregrinantibus redditum, infirmātibus sanitatem, nauigātibus portū salutis indulgeat. Per.

Oratio.

¶ Omnipotens sempiterne Deus mœstorum consolatio, laborantium fortitudo, perueniant ad te preces de quacūq; tribulatione clamantium, vt omnes sibi in necessitatibus suis misericordiā tuā gaudeant affuisse. Per dominum.

Oratio.

¶ Orem⁹ & pro hæreticis & schismatycis, vt Deus ac Dñs noster eruat eos ab erroribus vniuersis, & ad sanctam matrem ecclesiā catholicam atq; apostolicam reuocare dignetur.

Oratio.

¶ Omnipotens sempiterne Deus, qui saluas omnes, & neminem vis perire, respice ad animas diabolica fraude deceptas: vt omni hæretica prauitate deposita, errantium corda resipiscant, & ad veritatem tuæ redeant vnitatem. Per dominum.

Oratio.

Oremus & pro perfidis Iudæis, vt Deus & Dominus noster auferat velamen de cordibus eorum, vt & ipsi agnoscant Iesum Christum Dominum nostrum.

Oratio.

¶ Omnipotens sempiterne Deus, quietiam Iudaicam perfidiam à

112

tua misericordia nō repellis, exaudi preces nostras, quas pro illi⁹ populi obsecratione deferimus, vt agnita veritatis tuae luce, quæ Christus est, à suis tenebris eruatur. Per dominum.

Oratio.

¶ Oremus & pro paganis, vt Deus omnipotens, auferat iniquitatem à cordibus eorum, & relictis idolis suis, cōvertantur ad Deū viuum, & verum, & vnicum filium eius Iesum Christum Deum & Dominum nostrum, cum quo viuit & regnat cum Spiritu Sancto Deus. Per omnia sæcula sæculorum.

Oratio.

¶ Omnipotens sempiterne Deus, qui non mortem peccatorum, sed vitam semper inquiris, suscipe propitius orationem nostrā, & libera eos ab idolorum cultura, & aggrega ecclesiæ tuae sanctæ laudem & gloriam nominis tui. Per dominum.

Ad adorandam Crucem. Oratio.

T Vam crucem adoro Domine Iesu Christe, tuam venerādam recolo passionem, miserere mei, qui passus es pro me.

¶ O crux glorioſa, o crux veneranda, o crux adoranda, o lignum pretiosum & admirabile signum, per quod & diabolus est vict⁹, & mundus redēptus, adoro te, benedico te, cōfido in te, diligo te tota mēte. p amore Dñi mei Iesu Ch̄ri, qui in te passus est p me.

¶ O mea saluatio, salua me: o mea erexitio, eripe me: o liberatio, libera me. Per tuam sanctam crucem salua me Christe Salvator.

Qui mortem meam moriendo destruxisti, & vitam resurgendo reparasti, miserere mei Iesu benigne, qui nasci, pati, mori, atq; resurgere dignatus es pro me. Qui viuis.

Oratio.

D Omne Iesu Christe adoro te in crucem ascendentem, & coronā spicem in capite portantem. Depreco te, vt ipsa crux liberet me ab angustia, vel de angelo percutiente.

Oratio.

¶ Dñe Iesu Christe adoro te in cruce vulneratū, felle & acetō potatū. Depreco te, vt tua vulnera sint remediū animæ meæ.

Oro.

¶ Dñe Iesu Christe adoro te in sepulchro positū, myrra & aromatibus conditū. Depreco te, vt tua mors sit vita mea.

Oratio.

¶ Domine Iesu Christe, adoro te descendantem ad inferos, liberantem captiuos. Depreco te, vt non me dimittas introire in infernum.

Oratio.

¶ Domine Iesu Christe adoro te ascendentem in coelū, sedentēq; ad dexteram Dei patris. Depreco te, miserere mei.

Oratio.

¶ Domine Iesu Christe adoro te venturum in iudicio. Depre-

B 5 corde



Corte, vt in tuo aduentu non intres cum me peccatore in iudiciū: sed deprecor te, vt tantē dimittas, quā iudices. Qui vi. Oratio.  
¶ Crux est Christianorū spes: crux mortuorū resurrectio, crux cærorum lux, crux cōuersorū via, crux claudorū via & baculus, crux pauperū cōsolatio, crux via fideliū, crux humiliū invitatio, crux est superborum directio, crux victoria Christi, crux sancta: qui pependit in te, saluet nos & defendat & protegat. Amen.

Sabbatho in vigilia resurrectionis Domini.

Benedictio ignis.

Oratio.

D<sup>e</sup>us, qui Moysi famulo tuo in specie ignis rubo ardente ap- paruisti, quiq; etiam Spiritum sanctum tuū per Iesum Chri- stum filium tuū Dñm nostrum de cœlis promissum super Apostolos igneis linguis descendere fecisti, nobis quoq; famulis tuis charitatis ignem tribuere dignare: & hunc nouum ignem de la- pide productum nostris vīsibus profuturum sanctifica: & conce- de nobis, ita per haec festa paschalia coelestibus desiderijs inflam- mari: vt ad perpetua festa purgatis mētibus pertingere valeam⁹. Per eundem dominum nostrum. &c.

Benedictio incensi.

Oratio.

VEniat, quæsumus Domine Deus, super hoc incensum larga- tuæ benedictionis infusio: & hunc nocturnum splendorē iu- niuusibilis regenerator accende, vt nō solum sacrificium, quod in hac nocte litatū est, arcana tui luminis admixtione refūgeat: sed quocunq; loco ex huius aliquid sanctificationis fuerit mysterio deportatum: expulsa diabolicae fraudis nequitia, virtus tuæ ma- iestatis assistat. Per dominum nostrum.

Benedictio Cerei.

Oratio.

D<sup>e</sup>us, qui diuitias misericordiæ tuæ (in hac præcipue nocte) largiris, ppitiare vniuerso ordinis sacerdotalis officij, & oēs gradus famulatus nři perfecta delictorū remissione sanctifica: vt ministraturos grā tuę, nulli esse obnoxios patiaris offendit. Oro.  
¶ Deus, qui mirabiliter creasti hominē, & mirabilius redemisti: da nobis, quæsumus, cōtra oblectamenta peccati mētis ratione per- sistere: vt mereamur ad gaudia æterna peruenire. Per. Oratio.  
¶ Deus cuius antiqua miracula in præsenti quoq; seculo coru- scare sentimus, præsta, quæsumus: vt sicut priorem populum ab Aegyptiis liberasti, hoc ad salutem gentium per aquas baptisma-

tis

tis opereris. Per dominum.

¶ Deus, qui nos ad celebrandum paschale sacramentum vtriusq; Testamenti paginis instruis: da nobis intelligere misericordiam tuam: vt ex perceptione præsentium munera, firma sit expecta- tio futurorum. Per dominum.

Oratio.

¶ Deus, qui ecclesiam tuam noua semper gentiū vocatione mul- tiplicas, concede propitius, vt quos aqua baptismatis abluis, con- tinua protectione tucaris. Per.

Oratio.

¶ Concede, quæsumus omnipotens deus, vt qui festa paschalia agimus: coelestibus desiderijs accensi, fontem vitæ sitiamus domi- num nostrum Iesum Christum. Qui viuis.

Oratio.

¶ Deus, qui hanc sacratissimā noctem gloria Dominicæ resurrec- tionis illustras, cōserua in noua familia tua, pgenie adoptionis spiritum, quem dedisti: vt corpore & mēte renouati, puram tibi exhibeant seruitutem. Per dominū. In vnitate.

Sacra.

¶ Suscipe, quæsumus domine, preces populi tui cum oblationib- us holiarū: vt paschalibus initiatā mysteriis, ad æternitatis no- bis medelam te operante proficiant. Per dominum nostrum Ie- sum Christum &c.

Postcomunio.

¶ Spiritum nobis domine tuæ charitatis infunde: vt quos sacra- mentis paschalibus satiasisti, tua facias pietate concordes. Per do- minum nostrum. In vnitate eiusdem.

Oratio.

¶ Aufer à nobis domine cunctas iniquitates nostras, vt ad sancta sanctorum puris mereamur mentibus introire. Per.

Oratio.

¶ Suscipe sancta Trinitas hanc oblationem: quam tibi offero in memoriam passionis Domini nostri Iesu Christi: & præsta, vt in conspectu tuo tibi placens ascendas, & meam & omnium fide- lium salutem operetur æternam. Per dominū.

Benedictio Fontis.

Oratio.

¶ Exaudi nos omnipotens deus, & in huius aque substantiā tuā immisce virtutem: vt abluti, per eam sanitatem simul & vitam me- reantur æternam. Per dominum.

Alia oratio.

¶ Omnipotens sempiterne deus, adesto magnæ pietatis tuæ my- steriis: ad esto sacramētis: & ad recreandos populos nouos, quos tibi fons baptismatis parturit, spiritū adoptionis emitte: vt quod noſtre humilitatis gerendum est ministerio, tuæ virtutis implea- tur effectu. Per dominum. In vnitate eiusdem.

In die



In die Resurrectionis Domini.

**D**eus, qui hodierna die per vnigenitum tuum æternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti, vota nostra, quæ præueniendo aspiras, etiam adiuuando prosequere. per dominum.

Feria Secunda.

Oratio.

**D**eus, qui solennitate paschali mundo remedia contulisti, populum tuum, quæsumus, cœlesti dono prosequere: vt & per festam libertatem consequi mereatur, & ad vitam proficiat sempernam. per dominum.

Feria Tertia.

Oratio.

**D**eus qui ecclesiam tuam nouo semper foetū multiplicas, concedē famulis tuis, vt sacramentū viuendo teneant, quod si de perceperunt, per dominum.

Sacra.

**¶** Suscipe domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum, vt per hæc pia deuotionis officia, ad cœlestem gratiam transeamus. per dominum.

Postcommunio.

**¶** Concede, quæsumus omnipotēs deus, vt paschalis perceptio sacramenti, continua in nostris mentibus perseueret. per dominū.

Feria Quarta.

Oratio.

**D**eus, qui nos resurrectionis Dominicæ annua solenitate lœtificas, cōcede propitiū, vt per temporalia festa, quæ agimus, peruenire ad gaudia æterna mereamur. Per eūdem.

Sacra.

**¶** Sacrificia deus paschalibus gaudiis immolamus, quibus ecclesia tua mirabiliter & pascitur, & nutritur. per.

Postcōm.

**¶** Ab omni nos, quæsumus dñe, vetustate purgatos, sacramenti tui veneranda perceptio in nouam transferat creaturā. per dñm.

Feria Quinta.

Oratio.

**D**eus qui diuersitatem gentium confessione tui nominis adulasti, da vt renatis fonte baptismatis, vna sit fides mentis, & pietas actionum. per dominum.

Sacra.

**¶** Suscipe, quæsumus domine, munera populorū tuorum propriū: vt confessione tui nominis & baptismate renouati sempiternam beatitudinem consequantur. per dominū.

Postcōm.

**¶** Exaudi domine preces nostras: vt redemptionis nostræ sacro-sancta commercia, & vita nobis cōferant præsentis auxilium, & gaudia sempiterna concilient. per dominum.

Feria Sexta.

Oratio.

Omnī-

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui Paschale sacramentū in reconciliationis humanæ foedere cōtulisti: da mentibus nostris, vt qd' professione celebram⁹, imitemur esse&tu. Per. Sacra.

**¶** Hostias quæsumus Domine, placatus assumie, quas & pro rena-torum expiatione peccati deferimus, & pro acceleratione ecclēstis auxiliij. Per dominum.

Postcōmunio.

**¶** Respice, quæsumus dñe, populū tuū, & quem ēternis dignatus es renouare mysteriis, à temporalibus culpis dignanter absoluere. Per dominum.

Sabbatho.

Oratio.

**C**oncede, quæsumus omnipotēs Deus, vt qui festa Paschalia venerando egimus, per hæc cōtingere ad gaudia æterna me-reamur. Per dominum nostrum.

Sacra.

**¶** Concede, quæsumus domine, semper nos per hæc sancta myste-ria Paschalia gratulari, vt cōtinua nostræ reparacionis operatio, perpetuæ nobis fiat causa lœtitiae. Per dñm.

Postcommunio.

**¶** Redemptionis nostræ munere vegetati, quæsumus dñe, vt per hoc perpetuæ salutis auxilium, fides semper vera proficiat. Per.

Dominica in Octaua Paschæ.

Oratio.

**P**ræsta, quæsumus omnipotēs Deus, vt qui paschalia festa pere-gimus, hæc te largiēte, moribus & vita tencamus. Per. Sacra.

**¶** Suscipe munera (quæsumus dñe) exultatiæ ecclesiae, & cuiuscausa-ti gaudij p̄fūlū, fructū cōcede lœtitię. Per. Postcō.

**¶** Quæsumus Domine Deus noster, vt sacro-sancta mysteria, quæ pro reparationis nostræ muninione contulisti, & præsens nobis

remedium esse facias & futurum. Per dominum.

Dominica Prima post Octauas Paschæ.

Oratio.

**D**eus, qui in filiū tui humilitate iacentē mundū erexisti, fidelibus tuis perpetuā concede lœtitia, vt quos perpetuū mortis eripiūsti casibus, gaudiis facias sempiternis perfui. Per. Sacra.

**¶** Benedictionem dñe nobis cōferat salutare sancta semper obla-tio, vt quod agit mysterio, virtute perficiat. Per. Postcōmunio.

**¶** Praesta nobis omnipotens Deus, vt vivificationis tuae gratiā cō-sequētes, in tuo semper munere gloriemur. Per dominū nostrū.

Dominica secunda.

Oratio.

**D**eus, qui errantibus (vt in viā possint redire iustitię) veritatis tuae lumen ostēdis, da cunctis (qui christiana professione cē-sentur) & illa respucere, quæ huic inimica sunt nomini, & ea quæ

sunt



Tunt apta sectari. Per dominum.

Sacra.  
¶ His nobis Domine mysteriis cōferatur, quōd terrena desideria mitigantes, discamus amare ecclœstia. Per dominum. Postcom.

¶ Sacramēta quæ sumplimus (quæsumus Domine) & spiritualibus nos instruant alimētis, & corporalibus tueātur auxiliis. Per.

Dominica Tertia.

Oratio.

D<sup>E</sup>us qui fidelium mentes vnius effici voluntatis, da populis tuis id amare quod præcipis, id desiderare quod promittis; vt inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda, vbi vera sunt gaudia. Per dominum.

Sacra.

¶ Deus, qui nos per huius sacrificij veneranda commercia vnius summæq; diuinitatis participes effecisti, præsta, quæsumus, vt sicut tuam cognouimus veritatem, sic eā dignis moribus assequamur. Per dominum nostrum.

Postcommunio.

¶ Adesto nobis domine Deus noster: vt per hæc (quæ fideliter sumplimus) & purgemur à vitiis, & à periculis omnib<sup>e</sup> exuamur. Per dominum nostrum.

Dominica Quarta.

Oratio.

D<sup>E</sup>us, à quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis, vt cogitemus te inspirante, quæ recta sunt, & te gubernante eadem faciamus. Per dominum.

Sacra.

¶ Suscipe Domine fidelium preces cum oblationibus hostiarū: vt per hæc pia deuotionis officia, ad cœlestem gloriam transeamus. Per dominum.

Postcommunio.

¶ Tribue nobis domine coelestis mensæ virtute satiatis, & desiderare, quæ recta sunt, & desiderata percipere. Per dominum.

Feria secunda.

Oratio.

P<sup>R</sup>æsta, quæsumus omnipotens Deus, vt qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus, cōtra aduersa omnia, tua semper protectione muniamur. Per dominum.

Sacra.

¶ Hæc munera (quæsumus Domine) & vineula nostræ prauitatis absolvant, & tuæ nobis misericordiæ dona concilient. Per dominum nostrum.

Postcommunio.

¶ Vota nostra (quæsumus Domine) pio fauore prosequere, vt dū dona tua in tribulatione percepimus, de consolatione nostra in tuo amore crescamus. Per dominum nostrum.

Oratio.

Feria Tertia.

Oratio.

Deus,

D<sup>E</sup>us, qui cōspicis nos in tot perturbationibus nō posse subsistere, afflitorum gemitus propitiis respice: & mala omnia quæ iustè meremur, auerte. per dominum.

Sacra.

¶ His sacrificiis domine cōcede placatus, vt qui propriis oramus absolui delictis, non grauemur externis. per.

Postcom.

¶ Sacramenti tui domine veneranda perceptio, & mystico nos inmundet esseū, & perpetua virtute defendat. per dominum.

Feria Quarta in vigilia Ascensionis Domini. Oratio.

¶ Præsta, quæsumus omnipotēs deus, vt nostræ mētis intentio, quō solenitatis venturę glorioſus author ingressus est, semp in-tēdat: & quō fide pergit, cōversatione pueniat. Per dñm. Sacra.

¶ Sacrificiū domine pro filij tui supplices venerabili, quam præuenimus, ascensione deferentes, præsta quæsumus, vt & nos per ipsum his commerciis sacrosanctis ad cœlestia cōsurgamus. per

eundem dominum nostrum.

¶ Tribue, quæsumus domine, vt per hæc sacramēta, quæ sumplimus, illuc tendat nostræ deuotionis affectus, quō tecū est nostra substantia, Iesus Christus dominus noster. Qui.

In die Ascensionis Domini. Oratio.

C<sup>O</sup>ncede, quæsumus omnipotens deus, vt qui hodierna die vñigenitum tuum ad cœlos ascendisse credimus, ipsi quoq; mente in cœlestibus habitemus. per dominum.

Sacra.

¶ Suscipe domine inuera, quæ pro filij tui glorioſa ascensione deferimus, & concede propitius, vt præsentibus periculis libere-mur, & ad vitam perueniamus eternam. per dñm.

Postcom.

¶ Præsta nobis, quæsumus omnipotēs & misericors deus, vt que visibilis mylērii sumēda percepimus, inuisibili cōsequamur effectu. per dominum nostrum.

Dominica intra octauas Ascensionis.

Omnipotēs sempiterne deus, fac nos tibi semper & deuotam gerere voluntatem, & maiestati tuæ syncro corde seruire. per dominum nostrum.

Sacra.

¶ Sacrificia nos domine immaculata purifcent: & mentibus nostris supernæ gratiæ dent vigorem. per dñm.

Postcom.

¶ Repleti domine muneribus sacris, da quæsumus, vt in gratiærum semper actione maneamus. per dominum.

In vigilia Pentecostes.

Oratio.

Deus



**D**eus, qui in Abraham famuli tui opere, humano generi obediens exempla praebuisti, concede nobis, & nostrae voluntatis prauitatem frangere, & tuorum præceptorum restitutinem in omnibus adimplere. per dominum nostrum. **Oratio.**

¶ Deus, qui nobis per prophetarum ora præcepisti temporalia relinquere, atq; ad eterna festinare, da famulis tuis, vt que à te ius si cognouimus, impleri coelesti inspiratione valeamus. per dñm. ¶ Deus, qui nos ad celebrandam hanc festiuitatem vtriusq; testamenti paginis instruis: da nobis intelligere misericordiam tuam: vt ex perceptione præsentium munerum, firma sit expectatio futurorum. per dominum. **Oratio.**

¶ Deus, incōmutabilis virtus & lumen æternū, respice propitiis ad totius ecclesiae mirabile sacramentū, & da famulis tuis, vt hoc qd' deuotè agimus, etiā rectitudine vitę teneam⁹. per dñm. **Oro.** ¶ Concede, quæsumus omnipotens deus, vt qui solennitate in domi Spiritus sancti colimus: cœlestibus desideriis accensi, fonte vite sitiamus Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum. In unitate eiusdem. **Oratio.**

¶ Praesta, quæsumus omnipotēs deus, vt claritatis tuae super nos splendor resulgeat, & lux tue lucis corda eorū, qui per gratiā tuā renati sunt, sancti Spiritus illustratione cōfirmet. per. **Sacra.** ¶ Munera, quæsumus domine, oblata sanctifica: & corda nostra sancti Spiritus illustratione emunda. per dominum. **Postcō.** ¶ Sancti Spiritus domine corda nostra mundet infusio, & suitoris intima aspersione fecundet. per dominum. In unitate.

In die Pentecostes. **Oratio.**

**D**eus, qui hodierna die corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere. per dominum.

Feria Secunda. **Oratio.**

**D**eus, qui apostoli tuis sanctum dedisti Spiritū, concede ptebi tue pia denotionis affectum, vt quibus dedisti fidem, largiaris & pacem. per dominum. **Sacra.**

¶ Propitius, quæsumus domine, hac dona sanctifica, & hostie spiritualis oblatione suscepta, nosmetipso tibi perfice munus æternū. per dominum nostrum. **Postcommunio.**

¶ Adelio, quæsumus domine, populo tuo, & quem mysteriis cœlestibus

leslibus imbuisti: ab hostium furore defende. Per dominum. **Feria Tertia.**

**Oratio.**

**A**dgit nobis, quæsumus domine, virtus Spiritus sancti: quæ & corda nostra clementer expurget: & ab omnibus tueatur ad uersis. Per dominum. In unitate eiusdem. **Sacra.**

¶ Purificet nos, quæsumus domine, munera præsentis oblatio, & dignos sacra participatione efficiat. Per dñm. **Postcō.**

¶ Mentes nostras, quæsumus domine, Spiritus sanctus diuinis reperet sacramentis, quia ipse est remissio omnium peccatorum. Per dñm. In unitate. **Feria Quarta.** **Oratio**

**M**entes nostras, quæsumus domine, Paraclētus, qui à te procedit, illuminet: & inducat in omnem, sicut tuus promisit filius, veritatem. Qui tecum. In unitate eiusdem. **Sacra.**

¶ Præsta, quæsumus omnipotens & misericors deus, vt Spiritus sanctus adueniens templū nos gloriet suæ dignanter inhabendo perficiat. Per dominum nostrum. **Sacra.**

¶ Accipe, quæsumus domine, munus oblatum, & dignanter operare: vt quod mysteriis agimus, piis effectibus celebremus. Per dominum nostrum. **Postcommuni.**

¶ Sumentes domine cœlestia sacramenta: quæsumus clementiam tuam: vt quod temporaliter gerimus, æternis gaudiis cōsequamur. Per dominum. **Feria Sexta.** **Oratio.**

**D**a, quæsumus ecclesiae tuae misericors deus, vt Spū sētō congregata, hostili nullatenus incursione turbef. Per. **Sacra.** ¶ Sacrificia dñe tuis oblatā conspectibus, ignis ille diuinus affumat: qui discipulorū Christi filii tui per Spiritum sanctū corda succendit. Per eundem. In unitate eiusdem. **Postcom.**

¶ Sumpsumus domine sacri dona mysterij, humiliter deprecantes, vt quæ in tui commemoratione nos facere præcepisti, in nostræ proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis & regnas. **Sabbatho.** **Oratio.**

**M**entibus nostris, quæsumus domine, Spiritum sanctum benignus infunde: cuius & sapientia conditi sumus, & prouidentia gubernamur. Per. In unitate. **Oratio.**

¶ Illo nos igne, quæsumus domine, Spiritus sanctus inflammet: quem dominus noster Iesus Christus misit in terram: & voluit vehementer accendi. Qui tecum viuit. **Oratio.**

C Deus,

*Mots noctis quiescentia locina spicibus  
suscuerit*



¶ Deus, qui in animarū medelam ieiunij deuotione cāstigari corpora prēcepisti, concede nobis propitijs, & mente & corporeti bī semper esse deuotos. Per dominum.

Oratio.

¶ Praesta, quāsumus omnipotēs deus, vt salutaribus ieiuniis erudit, ab omnibus etiā vitiis abstinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per dominum.

Oratio.

¶ Praesta, quāsumus omnipotens deus, sic nos ab epulis carnalibus abstinere, vt à vitiis ingruentibus pariter ieiunemus. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Oratio.

¶ Deus, qui tribus pueris mitigasti flamas igniū, concede propitijs, vt nos famulos tuos non exūrat flāma vitiorū. Per. Sacra.

Sacra.

¶ Ut accepta tibi sint domine nostra ieiunia, praesta nobis quēsumus, huius munere sacramēti purificatū tibi pectus offerre. per dominum nostrum Iesum.

Postcōmuniō.

¶ Prebeant nobis domine diuinum tua sancta seruorem: quo eorum pariter & actu delectemur, & fructu. Per dominū.

In festo sancte Trinitatis.

Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, qui dedisti samulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere: & in potentia maiestatis adorare vnitatē, quāsumus, vt eiusdē fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Per. Sacra.

Sacra.

¶ Sanctifica, quāsumus domine deus, per tui sancti nominis invocationem, huius oblationis hostiam: & per eam nos in teipso tibi perfice munus æternum. Per dominum.

Postcōm.

¶ Proficiat nobis ad salutem corporis & anime deus nōster huius sacramēti suscep̄tio: & sempiterne sanctę Trinitatis, eiusdēq; indiuīduę vnitatis confessio. Per dominum nostrum Iesum Christum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate.

In festo corporis Christi.

Oratio.

D̄eus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuæ memoriā reliquisti, tribue quāsumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari, vt redēptionis tuæ fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis.

Sacra.

¶ Ecclesia tua, quāsumus domine, vnitatis & pacis propitijs dona concede, quā sub oblatis muneribus mysticè designantur. Per dominum nostrum Iesum.

Postcōm.

¶ Fac nos, quāsumus domine, diuinitatis tuae sempiterna fruitio ne reple-

ne repleri: quā pretiosi corporis & sanguinis tui temporalis perceptio præfigurat. Qui viuis &c.

Dominica prima post festum Trinitatis.

Oratio.

D̄eus, in te sperantium fortitudo: adesto propitijs inuocatio nibus nostris: & quia sine te nihil potest mortalis infirmitas, præsta auxilium gratiae tuae, vt in exequendis mandatis tuis, & voluntate tibi & actione placeamus. Per.

Oratio.

¶ Hostias nostras Dominetibi dicatas placatus assume: & ad perpetuum nobis tribue peruenire subsidium. Per.

Postcom.

¶ Tantis Domine repleti muneribus præsta, quāsumus: vt & salutis dona capiamus: & à tua nunquā laude cessemus. Per dñm.

Dominica secunda.

Oratio.

¶ Sancti nominis tui Domine timorē, pariter & amorem fac nos Shabere perpetuum: quia nunquam tua gubernatione destitutis, quos in soliditate tuae dilectionis instituīs. Per.

Sacra.

¶ Oblatio nos Dominetuo nomini dicanda purificet: & de die in diem ad coelestis vita transferat actionem. Per.

Postcom.

¶ Sumptis muneribus sacris, quāsumus Domine, vt cum frequētatione mysterij crescat nostrae salutis effectus. Per dominum.

Dominica Tertia.

Oratio.

¶ Eprecationem nostrā, quāsumus Domine, benignus exaudi: & quibus supplicandi præstas affectum, tribue defensionis auxilium. Per dominum.

Sacra.

¶ Munera Domine oblata sanctifica: vt tui nobis vniogeniti corpus & sanguis fiant. Per eundem.

Postcom.

¶ Hæc nos communio Domine purget à crimine: & ecclesiis remedij faciat esse confortes. Per.

Dominica Quarta.

Oratio.

¶ Protecto in te sperantium Deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctum: multiplica super nos misericordiam tuam: vt te restore, te duce, sic trāscamus per bona temporalia, vt non amitteramus æternā. Per.

Sacra.

¶ Respice Dñm munera supplicantis ecclesie, & salutis credentiū perpetua sanctificatione sumenda concede. Per.

Postcom.

¶ Sancta tua nos Dñm sumpta viuiscent, & misericordia sempiternæ præparent expiatos. Per Dominum.

Dominica Quinta.

Oratio.

C ij Da



**D**a nobis (Domine quæsumus) ut & mudi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur: & ecclesia tua tranquilla deuotio ne laetetur. Per dominum.

Sacra.

¶ Oblationibus nostris (quæsumus Dñe) placare suscepis, & ad te nostras etiā rebelles cōpelle propitiis voluntates. Per. Postcō.

¶ Mysteria nos Domine sumpta puriscent: & tuo munere tueā tur. Per dominum.

Dominica sexta. Oratio.

**D**eus, qui diligētibus te, bona inuisibilia præparasti, infunde cordibus nostris tui amoris affectum: ut te in omnibus & super omnia diligentes, promissiones tuas, quæ omne desideriū superant, consequamur. Per dominum.

Sacra.

¶ Propitiare dñe supplicationibus nostris, & has oblationes famulorū familiarūq; tuarū benignus assume: ut quod singuli obtulerunt ad honorem noīs tui, cūctis, pficiat ad salutem. Per. Postcō.

¶ Quos cœlesti Domine dono satiasisti, p̄festa quæsumus, ut à nostris mundemur occultis, & ab hostiis liberemur insidiis. Per.

Dominica septima. Oratio.

**D**eus virtutum, cuius est totum, quod est optimum: infere p̄itoribus nostris amorem tui nominis: & p̄festa nobis religionis augmentum, ut quæ sunt bona nutrias: ac pietatis studio, quæ sunt nutrita, custodias. Per.

Sacra.

¶ Propitiare dñe supplicationibus nostris: & has populi tui oblationes benignus assume: & vt nullius sit irritū votū, nullius vacua postulatio, p̄festa quæsumus, ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per dominum.

Postcommunio.

¶ Repleti Domine muneribus tuis, tribue, quæsumus, ut eorum & mundemur effectu, & muniamur auxilio. Per dominum.

Dominica Octava. Oratio.

**D**eus, cuius prouidentia in sui dispositione nō fallitur: te sup̄lices exoramus, ut noxia cūcta submoueas, & omnia nobis profutura concedas. Per dominum.

Sacra.

¶ Deus, qui legaliū differentiā hostiarū, vnius sacrificij perfectio ne sanxit: accipe sacrificiū deuotis tibi famulis: & pari benedictione, sicut munera Abel, sanctifica: ut quod singuli obtulerunt ad maiestatis tuae honorē, cūctis, pficiat ad salutē. Per do. Postcō.

¶ Tua nos Dñe medicinalis operatio, & à nostris peruersitatibus

cle-

clementer expediatur: & ad ea quæ sunt recta perducatur. Per.

Dominica nona.

Oratio.

Argire nobis, quæsumus dñe, semper spiritū cogitandi quæ recta sunt, propitius, & agendi: ut qui sine te esse non possumus, secundūm te vivere valeamus. Per dominum.

Sacra.

¶ Suscipe munera, quæsumus dñe, q̄ tibi de tua largitate deserimus: ut hęc sacrosancta mysteria grę tuę opante yture, p̄sentis vita nos cōuersatiō sc̄ificēt: & ad gaudia s̄epiterna pducāt. p. Postc.

¶ Sit nobis domine reparatio mētis & corporis cœleste mysteriū: ut cuius exequimur actionem, sentiamus effectum. Per dominū.

Dominica decima.

Oratio.

Pateant aures misericordiæ tuae precibus supplicantium: & vt patentibus desiderata concedas, fac eos, quæ tibi sunt placita, postulare. Per dominum.

Sacra.

¶ Concede nobis hęc, quæsumus domine, dignè frequētare mysteria: quia quoties huius hostiæ cōmemoratio celebratur, opus nostræ redemptionis exercetur. Per dominum.

Postcōm.

¶ Tui nobis cōcio sacramēti, & purificationem cōserat, & tribuat unitatem. per.

Dñica vndecima. Oratio.

**D**eus, qui omnipotentiā tua parcendo maximē & miserando manifestas, multiplica sup nos gratiā tuā: ut ad tua promissa currentes, cœlestium bonorū facias esse consortes. per.

Sacra.

¶ Tibi dñe sacrificia dicata reddant, quæ sic ad honorē noīs tui deserēda tribuisti: ut eadē remedia fieri nostra p̄stares. per. Postc.

¶ Quæsumus domine deus noster, ut quos diuinis reparare non desinis sacramentis, tuis non destituas benignus auxiliis. per do.

Dominica duodecima. Oratio.

**O**mnipotens sempiterne deus, qui abundantia pietatis tuae & meritum supplicum excedis & vota: effunde super nos misericordiam tuam, ut dimittas, quæ conscientia metuit: & adiicias, quod Oratio non p̄fumit. per dominū.

Sacra.

¶ Respic, quæsumus domine, ad nostram propitiis seruitutem: ut quod offerimus, sit tibi munus acceptum, & nostrę fragilitatis subsidium. per dominum.

Postcommunio.

¶ Sentiamus, domine quæsumus, tui perceptione sacramēti subsidium mentis & corporis: ut in vtroq; saluati, cœlestis remedij plenitudine gloriemur. per dominum.

C iij Omni-



Dominica decima tertia.

**O**Mnipotens & misericors deus, de cuius munere venit, vt  
tibi a muneribus tuis dignè & laudabiliter seruiatur: tibi  
nobis, quæsumus, vt ad promissiones tuas sine offensione entra-  
mus. Per dominum nostrum.

Oratio.

Sacra.

¶ Hostias, quæsumus domine, propitiis intend: quas sacris alta-  
ribus exhibemus, vt nobis indulgentiam largiendo, tuo nomini  
denti honorem. Per dominum.

Postcomm.

¶ Viuisce nos (quæsumus domine) huius participatio sancta my-  
sterij, & pariter nobis expiationem tribuat, & munimen. per do-

Dominica decimaquarta.

Oratio.

**O**Mnipotens sempiterne deus, da nobis fidei, spei, & charita-  
tis augmentum: & vt mereamur aſſequi, quod promittis, fac  
nos amare, quod præcipis. per dominum.

Sacra.

¶ Propitiare dñe pplo tuo, ppitiare muncrib, vt in hac oblatioē  
placat, & indulgentiā nobis tribuas & postulata cōcedas. p. Poste.

Post.

¶ Sumptis domine coelestibus sacramentis, ad redemptions eter-  
nae, quæsumus, proficiamus augmentum. per dominum.

Dominica decimaquinta.

Oratio.

**C**Vtodi, dñe quæsumus, ecclæ: tuā propitiatiōne perpetua:  
& quia sine te labitur humana mortalitas, tuis semper auxi-  
liis & abſtrahatur à noxiis, & ad salutaria dirigatur. per. Sacra.

¶ Concede nobis dñe, vt hæc hostia salutaris, & nostrorum fiat  
purgatio delictorū, & tuae propitiatiō potestatis. per. Postcō.

¶ Purifcent semper, & muniant tua sacramenta nos Deus: & ad  
perpetuae ducant salvationis effectum. per dominum.

Dominica decimasexta.

Oratio.

**E**Cclesiam tuam domine miseratione continuata mundet, & mu-  
niet: & quia sine te non potest salua cōſistere, tuo semper mu-  
nere gubernetur.

Sacra.

¶ Tua nos domine sacramenta custodian, & contra diabolicos  
tucantur semper incurſus, per dominum.

Postcōmuniō.

¶ Mētes nostras & corpora possideat, quæsumus dñe, doni coele-  
stis operatio: vt non noster sensus in nobis, sed iugiter eius perue-  
niat effectus. per.

Dñica decimaseptima.

Oratio.

**T**Va nos, dñe quæsumus, gratia semper preueniat, & sequatur,  
ac bonis operibus iugiter p̄flet esse intentos. per.

Sacra.

Munda.

¶ Munda nos Domine sacrificij presentis effectu: & perfice mis-  
ratus in nobis, vt eius mereamur esse participes. Per. Postcom.

¶ Purifica, Domine quæsumus, mētes nostras benignus, & reno-  
va cœlestibus sacramentis, vt consequēter, & corporum pr̄sens,

pariter & futurum animarum capiamus auxiliū. Per dominum.

Feria quarta in ieiuniis quatuor temporum. Oratio.

**M**isericordia tuae remediis (quæsumus Domine) fragilitas  
nostra subsistat: vt quæ sua conditione atteritur, tua clemē-  
tia reparetur. Per dominum.

Sacra.

¶ Præsta, quæsumus Dñe, familiæ supplicanti, vt dū à cibis cor-  
poralibus se abſtinet: à vitiis mente ieiunet. Per dominum. Sacra.

¶ Hæc hostia Domine quæsumus, emundet nostra delicta: & ad  
sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora mentesq; san-  
ctificet. Per dominum nostrum.

Postcommuniō.

¶ Sumētes Dñe dona cœlestia suppliciter deprecamur: vt (quæ se-  
dula seruitute donante gerimus) dignis sensibus tuo munere ca-  
piamus. Per do.

Feria sexta.

Oratio.

¶ Præsta, quæsumus omnipotens Deus, vt obſeruationes sacras  
annua deuotione recolentes, & corpore tibi placeamus, &  
mente. Per dominum.

Sacra.

¶ Accepta tibi sint, Domine quæsumus, nostri dona ieiunij: quæ  
& expiando tua gratia dignos efficiāt: & ad sempiterna pro-  
missa perducant. Per dominum.

Postcōmuniō.

¶ Quæsumus omnipotens Deus, vt de perceptis muneribus gra-  
tias exhibentes, beneficia potiora sumamus. Per dominum.

Sabbatho.

Oratio.

**O**Mnipotens sempiterne Deus, qui per continentiam salutarē  
& corporibus mederis & mentibus, maiestatem tuā sup-  
plices exoramus, vt pia ieiunantiū deprecatione placatus, & præſen-  
tia nobis subsidia p̄cebas & futura. Per dominum.

Oratio.

¶ Da nobis quæsumus omnipotens, Deus, vt ieiunando tua gra-  
tia satiemur, & abſtinendo cunctis efficiamur hostibus fortiores.  
Per dominum nostrum Iesum Christum.

Oratio.

¶ Tuere, Dñe q̄s, familiam tuā, vt salutis æternæ remedia, quæ te  
aspirāte requiriunt, te largiēte consequamur. Per dñm.

Oratio.

¶ Præsta, quæsumus Domine, sic nos ab epulis abſtinere carnali-  
bus, vt à vitiis irruentibus pariter ieiunemus. Per.

Oratio.

C iiiij ¶ Vt



Vt nos Dñetribuis solenne tibi deferre iejunū, sic nobis, quæsumus, indulgentia p̄sta subsidium. Per dominū. Sacra.

¶ Concede, quæsumus omnipotens Deus, vt oculis tuæ maiestatis munus oblatum, & gratiam nobis devotionis obtineat, & esse etum beatæ perennitatis acquirat. Per dominum. Postcō.

¶ Perficiant in nobis, quæsumus Dñe, tua sacramēta, quod continent; vt quæ misericordia spe gerimus, rerum veritate capiamus.

Per. Dominica decima octaua. Oratio.

D A, quæsumus Domine, populo tuo diabolica vitare contagia: & te solum dominum pura mente sectari. Per. Sacra.

¶ Maiestatem tuam Domine suppliciter deprecamur, vt hæc san

cta, quæ gerimus, & à præteritis nos delictis exuāt, & futuris. Per

dominum nostrum. Postcommu.

¶ Sanctificationibus tuis omnipotens Deus, & vitia nostra curen

tur, & remedia nobis æterna præueniant. Per dominum.

Dominica decimanona. Oratio.

D Igit corda nostra (quæsumus Dñe) tuæ miseratiōis opera  
tio: quia tibi sine te placere non possumus. Per do. Sacra.

¶ Deus, qui nos per huius sacrificij venerāda commercia, vnius

summęq; diuinitatis participes efficis: p̄sta (quæsumus) vt sicut

tuam cognoscimus veritatem: sic eam dignis mentibus & mori

bus assequamur. Per dominum. Postcommu.

¶ Gratias tibi referim⁹ Dñe sacro munere vegetati, tuā misericor

diā deprecātes: vt dignos nos eius participatiōe perficias. Per do.

Dominica vigesima. Oratio.

O mni potēs & misericors Deus, vniuersa nobis aduersantia

propitiatus exclude: vt mente & corpore pariter expediti,

quæ tua sunt, liberis mentibus exequamur. Per dñm. Sacra.

¶ Hæc munera (quæsumus Domine) quæ oculis tuæ maiestatis

offerimus, salutaria nobis esse concede. Per do. Postcom.

¶ Tua nos Domine medicinalis operatio, & nostris peruerfitati

bus clementer, expediat: & tuis semper faciat inhærere mādatis.

Per do. Dominica vigesima prima. Oratio.

L Argire, quæsumus Domine, fidelibus tuis indulgentiam pla

catus & pacem: vt pariter ab omnibus mūdentur offensis, &

secura tibi mente deseruant. Per dominum. Sacra.

¶ Coelestem nobis p̄tēbant hæc mysteria (quæsumus domine)

medi-

medicinam, & vitia nostri cordis expurgent. Per. Postcommu.

¶ Vt sacris Domine reddamur digni muneribus, fac nos (quæsu

mus) tuis obedire mandatis. Per dominum.

Dominica vigesimasecunda. Oratio.

F Amiliant tuam, quæsumus Domine, cōtinua pietate custodi:

vt à cunctis aduersitatibus te protegente sit libera, & in bonis

actibus tuo nomini sit deuota. Per dominum. Sacra.

¶ Suscipe, Domine quæsumus, hostias: quib⁹ & placari voluisti,

& nobis salutem potenti pietate restitui. Postcommu.

¶ Immortalitatis alimoniam consequi, quæsumus Domine, vt

quod ore percepimus, mente seclēmur. Per dominum.

Dominica vigesimatertia. Oratio.

D Eus refugium nostrū & virtus, adesto piis ecclesiæ tuæ pre

cibus, author ipse pietatis: & p̄sta, vt quod fideliter peti

mus, efficaciter consequamur. Per dominum. Sacra.

¶ Sacris, Domine quæsumus, seruitiis fac intentos, vt sine villa te

offensionis macula famulemur: & quales esse præcipis, ipse nos

perfice. Per dominum. Postcommunio.

¶ Sumpsumus Domine sacri dona mysterij, humiliter depreca

tes, vt quæ in tui cōmemoratione nos facere præcepisti, in nostrę

proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis & regnas.

Dominica vigesima quarta. Oratio.

A Bsolue, quæsumus Domine, tuorum delicta populorum: vt

à peccatorum nostrorum nexibus, quæ pro nostra fragilita

te contraximus, tua benignitate liberemur. Per dñm. Sacra.

¶ Pro nostræ seruitutis augmento sacrificium tibi Domine lau

dis offerimus, vt quod immeritis contulisti, propitius exequaris.

Per dominum nostrum. Postcommunio.

¶ Sumētes dñe dona coelestia, quæsum⁹, vt nō nobis p̄uenire ad

iudiciū patiaris, quod tuis fidelib⁹ ad remedī prouidisti. Per do.

Dominica vigesima quinta. Oratio.

E Xcita, quæsumus Domine, tuorum fidelium voluntates: vt

diuini operis fructum propensiū exequētes, pietatis tuae re

media maiora percipient. Per dominum. Sacra.

¶ Propitius esto Domine supplicationibus nostris, & populi tui

oblationibus precibusq; suscep̄tis, omnium ad te corda fidelium

conuerte: vt à terrenis cupiditatibus liberati, ad coelestia deside

C v ria



ria transeamus. Per dominum nostrum. Postcommunio.  
¶ Concede nobis (quæsumus Domine) ut per hæc sacramenta,  
quæ sumptimus, quicquid in nostra mente vitiosum est, tua  
medicationis dono curetur. Per dominum nostrum.

In festo dedicationis Ecclesie. Oratio.

D eus, qui nobis per singulos annos huius sancti templi tui con-  
secrationis reparas diem, & sacris semper mysteriis repre-  
sentatis incolumes, exaudi preces populi tui: & praesta, ut qui quis  
hoc templum beneficia petitus ingreditur, cuncta se impetrat-  
seletetur. Per dominum.

Sacra.

¶ Annue, quæsumus Domine, precibus nostris, ut quicunq; in-  
tra templi huius (cuius anniversarium dedicationis dieni cele-  
bramus) ambitum continetur, plena tibi atq; perfecta corporis  
& animæ deuotione placeamus: ut dum hæc præsentia vota red-  
dimus, ad æternam præmia te adiuuante venire mereamur. Per do-  
minum nostrum &c.

Postcommunio.

¶ Deus, qui ecclesiæ tuam sponsam vocare dignatus es, ut quæ  
haberet gratiam per fidei deuotionem, haberet etiæ ex nomine  
pietatem, da ut omnis hæc plebs nomini tuo seruiens, huius vo-  
buli cōsortio digna esse mereatur: & ecclesia tua in templo (cuius  
anniversarius dedicatiōis dies celebratur) tibi collecta, te timeat,  
te diligat, te sequatur: ut dum iugiter per vestigia tua graditur, ad  
ecclesia promissa te ducente peruenire mereamur. Per.

In die consecrationis Ecclesie. Oratio.

D eus, qui imisibiliter omnia contines, & tamen pro salute ge-  
neris humani signa tuae potentiae visibiliter ostendis, tem-  
plum hoc potentia tuae inhabitationis illustrasti: ut omnes, qui hoc  
deprecatur conueniant, ex quacunq; tribulatione ad te clama-  
uerint, consolationis tuae beneficia consequantur. Per dominum  
nostrum Iesum Christum.

Sacra.

¶ Omnipotens sempiterne Deus, templum hoc nomini tuo dedi-  
catū, cœlesti virtute & benedictione sanctifica, & omnibus in te  
sperantibus auxiliū tui munus ostende: ut hic & sacramentorum  
virtus, & votorum obtineantur effectus. Per.

Postcommu-

¶ Quæsumus omnipotens Deus, ut hoc in loco, qui nomini tuo  
dedicatus est, cunctis petetibus aurem tuae pietatis accommodes.  
Per dominum. Qui tecum. &c.

Orationes

## 20 ORATIONES SANCTORVM.

In vigilia sancti Andreæ Apostoli. Oratio.  
Væsumus omnipotens Deus, ut beatus Andreas  
Apostolus tuum pro nobis imploret auxilium: ut à  
nostris reatibus absoluti, à cunctis etiam periculis  
eruamur. Per dominum.

Sacra.

¶ Sacrandum tibi dñe munus offerimus, quo beati  
Andrea Apostoli tui solennia recolentes, purificationem quoq;  
nostris mentibus imploremus. Per do. Postcommun.

¶ Perceptis domine sacramentis suppliciter exoramus, ut inter-  
cedente beato Andrea Apostolo tuo, quæ pro illius veneranda  
gerimus passione, nobis proficiant ad medelam. Per dominum.

Eodem die sancti Saturnini. Oratio.

D eus, qui nos beati Saturnini martyris tui concedis natalitio-  
perfici, eius nos tribue meritis adiuuari. Per.

Sacra.

¶ Munera tibi dñe dicata sanctifica, & intercedēte beato Saturni  
no martyre tuo, per hæc eadē nos placatus intēde. Per do. Postco.

¶ Sanctificet nos, quæsumus domine, tui perceptio sacrameti, &  
intercessione beati Saturnini martyris tui, tibi reddit acceptos.  
Per do.

In die sancti Andreæ Apostoli. Oratio.

M aieslatem tuā dñe suppliciter exoramus, ut sicut ecclesia  
tua beatus Andreas Apostolus tuus extitit prædicator &

rector, ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per. Sacra.

¶ Sacrificiū nostrum tibi, domine quæsumus, beati Andreæ præ-  
dicatio sancta cōciliet: ut in cuius honore solenniter exhibetur,  
citus meritis efficiatur acceptum, per.

Postcommunio.

¶ Sumpsumus domine diuina mysteria beati Andreæ festiuitate  
letantes: quæ sicut tuis sanctis ad gloriam, ita nobis, quæsumus,  
ad veniam prodeste perficias. Per dominum.

Chrysanthi, Mauri, & Darie martyrum. Oratio.

S anctorum martyrum tuorum Chrysanthi, Mauri, atq; Darie

virginis, quæsumus domine, nobis adsit Oratio: ut quos obse-  
quio veneramur, pio iugiter experiamur auxilio. Per dñm.

Sancti Felicis. Oratio.

C oncede, quæsumus omnipotens Deus, ut ad meliore vitam  
exempla sancti tui Felicis nos prouocent, quatenus cuius  
solennia



solennia agimus, & actus imitemur, per dominum.

In natali sancte Barbarae.

Oratio.

Intercessio gloria, quæsumus domine deus noster, beatae Barbaræ virginis & martyris tue nos ab omni aduersitate protegat: ut per eius interuentum corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi sacramentum, ante nostræ animæ de corpore exitum, & cum vera fide & pura mente percipere mereamur. Per eundem. Sacra.

Suscipe munera domine, quæ in beatæ Barbaræ martyrii usus

solemnitate deferimus, cuius nos cōfidimus patrocinio liberari.

Per dominum. Sancti Nicolai episcopi.

Oratio.

Dominus, qui beatum Nicolaum confessorem tuum atque Pontificem innumeris decorasti miraculis, tribue nobis, quæsumus, ut eius meritis & precibus a gehennæ incendiis liberemur.

Per dominum nostrum.

Sacra.

Sanctifica, quæsumus domine, oblata munera, quæ in veneratione sancti Antistitis Nicolai offeruntur: ut per ea vita nostra inter aduersa vbique dirigatur, & prospera. Per.

Postcomunio.

Sacrificia, quæ sumptuus domine, pro solemnitate sancti Pontificis tui Nicolai sempererna nos protectione confirmant. Per dominum.

In consecratione sancti Ambrosij episcopi.

Oratio.

Dominus, mundus author & coditor, qui hodiernæ festivitatis diem beati Ambrosij sacerdotij electione cōsecrasti: presta populo tuo, ut cuius annua celebritate deuotus resultat obsequiis, eius suffragiis tue pietatis consequatur auxilium. Per dominum.

Sacra.

Interuentu precis & obtutu Orationis beati Ambrosij sacerdotis & confessoris tui, domine his muneribus tibi oblatis benedictio nem effunde de cœlis, quo ex cœlis sumentes & omnibus careamus culpis, & cœlestibus repleamur edulii. Per.

Postcomunio.

Repleti domine munib[us] tuis, quæ de festivitate beati sacerdotis & confessoris tui Ambrosij perceptimus: tribue quæsumus, ut eorum emundemur effectu, & vivamus auxilio. Per.

In octaua sancti Andreæ apostoli.

Oratio.

Protegat nos domine sepius beati Andreæ Apostoli tui repetita solennitas: ut cuius patrocinia sine intermissione recolimus, perpetuam defensionem sentiamus. Per dominum. Sacra.

Indulgentiam nobis praebant hec munera, quæsumus domine, largiore: quæ pro venerabilis Andreæ apostoli tui suffragiis offe

offeruntur. Per dominum.

Postcommunio.

Adiuuet familiam tuam tibi supplicando beatus Andreas Apostolus: & pius interuentor efficatur, qui tui nominis extitit prædicator. Qui viuis & regnas.

In conceptione beatæ Mariæ virginis.

Oratio.

Dominus, qui beatæ Mariæ virginis conceptionem angelico vaticinio parentibus prædictissimis: presta familiae tue ipsius munitioni præsidii, cuius conceptionem sacram frequentatione congrua veneratur. Per dominum.

Sacra.

Vnigeniti tui Domine nobis succurrath humanitas, ut qui natus ex virgine, matris integritatem non minuit: sed sacrauit in conceptione eius: solennii à nostris nos piaculis exuens, oblationem nostram sibi faciat acceptam. Qui tecum.

Postcomunio.

Sumpsumus dñe celebritatis annuæ votiva sacramenta: presta, quæsumus, ut intercedente beata Dei genitrici Maria, & temporali nobis vitæ remedia praebant, & æternæ. Per dominum.

Eulalie virginis.

Oratio.

Dominus, qui beatæ virginis & martyris tue Eulalie animam, ad ostendendam innocetiam via in colubre specie videntibus cū etis coelum penetrare fecisti, cōcede nobis precibus ipsius innocenter vivere: ut ad eadem mereamur gaudia peruenire. Per.

Sacra.

Muneribus nostris Domine te magnificamus oblatis, quæ in sancta solennitatibus Eulalie virginis & martyris tue offerimus: ut & nobis gaudia æterna concilias: & patrocinia sempererna largiaris. Per dominum nostrum.

Postcommunio.

Sumpta sacra mysteria (quæsumus domine deus noster) proprius in nobis conferuare digneris: & intercedente beata Eulalia martyre tua, angelicis turmis ad desideria euehi mereamur, & prouehi: quibus etiam ipsam dignatus es in terris positam custodire. Per dominum nostrum.

Sancti Damasi Papæ.

Oratio.

Dominus, quæsumus omnipotens Deus, ut beati Damasi confessoris tui atque pontificis veneranda solennitas: & deuotionem nobis augeat & salutem. Per dominum.

Sacra.

Sancti tui nos (dñe quæsumus) vbique laetificant: ut dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per dominum.

Postcommunio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut de perceptis munib[us]

bus



bus gratias exhibētes, beneficia potiora sumamus. Per dominum inū.  
Sanctæ Luciæ. Oratio.

**E**xaudi nos Deus salutaris noster, vt sicut de beatæ Luciæ virginis & martyris tuae festiuitate gaudemus: ita pia deuotio eruditamur affectu. Per dominum. Sacra.

¶ Accepta tibi fit domine sacratæ plebis oblatio pro tuoru honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum. Postcommuni.

¶ Satiasli Domine familiam tuam muneribus sacris: eius (quæsumus) interuentione nos refoue, cuius solennia celebramus. Per dominum. Sancti Thomæ Apostoli. Oratio.

**D**a nobis, quæsumus Domine, beati apostoli tui Thomæ solenitatibus gloriari: vt eius semper patrocinii subleuemur, & fidei congrua deuotione sectemur. Per dominum. Sacra.

¶ Debitum tibi Domine nostræ reddimus seruitutis, suppliciter exorantes, vt suffragijs beati apostoli tui Thomæ in nobis tua munera tuearis, cuius honoranda confessione, laudis tibi hostias immolamus. Per dominum. Postcommunio.

¶ Conserua Domine populum tuum: & quem sanctorum tuoru præfidiis non desinis adiuuare, perpetuis tribue gaudere remedii. Per dominum.

Translatio sancti Isidori. Oratio.

**P**rotegat nos, quæsumus Domine, beati Isidori confessoris tui atq; pontificis intercessio gloriofa: vt cuius sumus illuminati doctrinis, eius semper muniamur auxiliis. Per dñm. Sacra.

¶ Sancti tui, quæsumus Dñe, nos vbiq; laetificant: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per dñm. Postcō.

¶ Præsta, quæsumus omnipotens Deus, vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Isidoro cōfessore tuo atq; pontifice, beneficia potiora sumamus. Per dominum.

De sancto Stephano. Oratio.

**D**a nobis, quæsumus Domine, imitari quod colimus: vt discimus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiā pro persecutoribus exorare Dñm nostrum. Sacra.

¶ Suscipe Domine munera pro tuorum commemoratione sanctorū: vt sicut illos passio gloriosos fecit, ita nos deuotio reddit innocuos. Per dominum.

Sacra.  
¶ Suscipe

¶ Suscipe munera dñe, quæ in eius tibi solennitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per. Postcō.

¶ Auxilietur nobis domine sumpta mysteria, & intercedete beato Stephano protomartyre tuo, sempiterna nos protectione confirmant. Per. Sancti Ioannis Euangelistæ. Oratio.

**E**cclasiam tuam domine benignus illustra, vt beati Joannis Apostoli tui & Euangelistæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna. Per dominum. Postcommunio.

¶ Resecti cibo potuq; celesti deus noster, te suppliciter deprecatur, vt in cuius hæc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per. Sanctorum Innocentiū. Oratio.

**D**eus, cuius hodierna die praconiū innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt, omnia in nobis visitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus & vita fateatur. Per dominum.

Sancti Sylvestri. Oratio.

**D**a, quæsumus omnipotens Deus, vt beati Sylvestri confessoris tui atque potificis veneranda solennitas, & deuotionem nobis augeat & salutem. Per dominum nostrum.

Sanctæ Columbæ. Oratio.

**I**ndulgentiam nobis domine beata Columba virgo & martyris ploret: quæ tibi grata semper extitit, & merito castitatis, & tux professione virtutis. Per dominum.

Sancti Hilarij. Oratio.

**D**eus cuius miseratione delinquentes incitantur ad veniam, iusti transferuntur ad palmam, qui infusus in corde beati Hilarij Antifititis quasi de templo fidei responsa dedisti: cōcede propitiis, vt qui tuum inclytum confessorem fecisti Cesarē non timeret, intercessione eius ab speciali hoste plebem protegas obsecrante, vt cuius in solennitate tripudiat, cuius sit fida prece defensa. Per.

Marthæ virginis. Oratio.

**E**xaudi domine populū cum sanctorum tibi patrocinio suppliantem: vt temporalis vita nos tribuas pace gaudere: & eternæ sperare subsidium. Per dominum.

Sacra.

¶ Suscipe, & sanctifica Adonai deus hoc munus oblatū: & cōcede, vt ad salutem nostrā caro & sanguis fiat filii tui, meritis illius quæ illum gratiā hospitio suscepit dñm nostrū. Qui. Postcō. Quæsu-



Quæsumus omnipotens deus, ut piis sacramentis, quæ sumpi-  
mus, & meritis beatæ Marthæ filij tui hospitæ, hic & in futuro  
vivamus. Per eundem dominum nostrum Iesum.

Sanctorum Fabiani & Sebastiani. Oratio.

Infirmitatem nostrâ recipere omnipotens deus, & quia pondus  
propriæ actionis grauat, beati Fabiani martyris tui atq; Ponti-  
ficiis intercessio gloria nos protegat. Per. Alia oratio.  
¶ Deus, qui beatū Sebastianū martyrem tuū virtute cōstātię in pas-  
sione roboraisti: ex eius nobis imitatiō tribue, p amore tuo, pro-  
spera mundi despicer: & nulla eius aduersa formidare. Per.

Sanctæ Agnetis. Oratio.

O Mnipotens sempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, vt  
fortia qua que confundas: concede propitius, vt qui Beatæ  
Agnetis virginis & martyris tuę solennia colimus, eius apud te  
patrocinia sentiamus. Per dominum. Sacra.  
¶ Hostias tibi domine, quas offerimus, propitius respice, & inter-  
cedente beata Agneta virgine & martyre tua, vincula peccatorū  
nostrorum absolve. Per dominum. Postcōmun.  
¶ Resecti cibo potuque coelesti Deus noster, te suppliciter exora-  
mus, vt in cuius hæc commemoratione percepimus, eius munia-  
mur & precibus. Per dominum.

Sancti Vincentij. Oratio.

A Desto domine supplicationibus nostris, vt qui ex iniiquita-  
tate nostra reos nos esse cognoscimus, beati Vincentij marty-  
ris tui intercessione liberemur. Per dominum.

In conuersione sancti Pauli. Oratio.

D Eus, qui vniuersum mundum beati Pauli apostoli prædica-  
tione docuisti, da nobis, quæsumus, vt qui eius hodie cōuer-  
sionem colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per.

In festo Purificationis. Oratio.

O Mnipotens sempiterne deus, maiestatem tuam supplices exo-  
ramus: vt sicut vñigenitus filius tuus hodierna die cum no-  
stræ carnis sublætia in templo est præsentatus, ita nos facias pu-  
rificatis tibi mentibus presentari. Per dominum.

Sanctæ Agathæ. Oratio.

D Eus, qui inter cætera potentiaz tuæ miracula etiam sexui fra-  
gili victoriam martyrij contulisti: concede propitius: vt qui  
beata

beatæ Agathæ martyris tuæ natalitia colimus, per eius ad te exē-  
pla gradiamur. Per. Scholaisticæ virginis. Oratio.

F Amiliā tuā, quæsumus Dñe, beatæ virginis tuę Scholaisticæ  
meritis propitius respice: vt sicut ad obtinendū ipsius preci-  
bus, quod cupiuit, imbre cælitatis descendere fecisti: ita eius sup-  
plicationibus ariditatē nostri cordis supernæ digneris gratiae ro-  
re perfundere. Per. Cathedræ sancti Petri. Oratio.

D Eus, qui beato Petro Apostolo tuo collatis clauibus regni  
coelestis, animas ligandi atq; soluendi pontificiū tradidisti:  
cōcede, vt intercessionis eius auxilio, à peccatorū nostrorū nexi-  
bus liberemur. Per. Sancti Matthiæ. Oratio.

D Eus, qui beatū Matthiam Apostolorum tuorū collegio so-  
ciali, tribue, quæsumus, vt eius intercessione, tuę circa nos  
pietatis semper viscera sentiamus. Per. Sacra.

¶ Deus, qui proditoris apostolatæ ruinā, nè Apostolorum tuorū  
numerus sacratus perfectione careret, beati Matthiæ Apostoli  
electiōne supplesti: præsentia munera sanctifica, & per ea nos  
gratiæ tuæ virtute confirma. Per Dominum.

Sancti Gregorij. Oratio.

D Eus, qui nos beati Gregorij confessoris tui atq; pontificis  
annua solennitate latifidas, cōcede propitius, vt cuim ope-  
re atq; doctrina scripturę tuę mysteria multa cognouimus, eius  
apud te semper patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Transitus sancti Benedicti. Oratio.

O Mnipotens sempiterne Deus, qui hodierna die, carnis edu-  
ctum de ergastulo, beatissimum confessorem tuum Bene-  
dictum subleuasti ad cœlū, cōcede quæsumus, hæc festa tuis fa-  
mulis celebrantibus cunctorum veniam peccatorū: vt qui exultan-  
tibus animis eius claritate congaudent, ipso apud te interue-  
niente conscientur & meritis. Per Dominum.

Annuntiatio sanctæ Marie. Oratio.

D Eus qui de beatae Marie virginis vtero verbum tuum ange-  
lo nuntiante carnem suscipere voluisti, præsta supplicibus  
tuis, vt qui verē eam Dei genitricem credimus, eius apud te in-  
tercessionibus adiuuemur. Per eundem. Alia oratio.

D Eus qui hodierna die verbum tuum beatae Marie virginis  
alio coadunare voluisti: fac nos hæc sacramenta ita perage  
D re, vt



re, vt tibi placere valeamus. Per Dominum.

Marei Evangeliste.

Oratio.

**D**eus, qui nos beati Marii Evangelistae concedis natalitia perfri, da Ecclesiae tuae quæsumus & amate quod credit, & predicare, quod docuit. Per Dominum.

In die Apostolorum Philippi & Iacobi. Oratio.

**D**eus, qui nos annua Apostolorum tuorum Philippi & Iacobi solennitate laetificas, praesta quæsumus, vt quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per Dominum.

Inventionis sanctæ Crucis. Oratio.

**D**eus, qui in preclara salutifera Crucis inventione, passionis tuae miracula suscitasti, concede, vt vitalis ligni pretio, æternæ vitae suffragia consequamur. Qui viuis & regnas.

Ioannis ante portam Latinam. Oratio.

**D**eus, qui cōspicis, quia nos vndiq; mala nostra perturbant, praesta quæsumus, vt beati Ioannis Apostoli tui intercessio gloria nos protegat. Qui. Michaëlis Archangeli. Oratio.

**D**a nobis omnipotens Deus beati Archangeli tui Michaëlis catenus honore proficere, vt cuius in terris gloriam prædicamus, eiusprecibus adiuuemur in cœlis. Per Dominum.

Nerei & Achillei & Pancratij. Oratio.

**S**empem nos Domine martyrum tuorū Nerei & Achillei atq; Pancratij soueat, quæsumus Domine, beata solennitas, & tuo dignos reddat obsequio. Per Dominum.

Sancti Medardi confessoris. Oratio.

**E**xaudi Dñe preces nostras, & interueniente beato cōfessore tuo atq; pōtifice Medardo supplications nostras placatus intende. Per Dñm. Primi & Feliciani. Oratio.

**F**ac nos Dñe sanctorū Primi & Feliciani festa deuotis mentibus celebrare, atq; corum suffragijs suffulti, protectionis tuae dona sentiamus. Per. Barnabæ Apostoli. Oratio.

**S**ancti Barnabæ Apostoli tui nos, quæsumus Dñe, solennitas tueat: quia tāto fiducialiis tuo nominis supplicamus, quanto frequentiūs Apostolorum confouemur exemplis. Per Dñm.

In vigilia sancti Ioannis Baptista. Oratio.

**P**raesta, quæsumus omnipotens Deus, vt familia tua per viam salutis incedat: & beati Ioannis præcursoris hortamenta se-  
ständo,

ständo, ad eum quem prædixit, secura perueniat, Dñm nostrū Iesum Christū filium tuum. Qui &c. In die. Oratio.

**D**eus, qui presentē diē honorabile nobis in beati Ioannis natuitate fecisti, da famulis tuis spiritualiū gratia gaudiorū: & omnium fidelium mentes dirige in viam salutis æternæ. per. Ioannis & Pauli martyrum. Oratio.

**Q**uæsumus omnipotēs Deus, vt nos geminata letitia hodie næ festivitatis excipiat, quæ de beatorum Ioannis & Pauli glorificatione procedit: quos eadem fides & passio verè fecit esse germanos. per dominum.

In vigilia Apostolorum Petri & Pauli. Oratio.

**D**eus, qui Apostolorū tuorū Petri & Pauli nobis glorioſa natuitatia præire cōcedis, tribue quæsumus, eorū nos semper & beneficijs præueniri, & orationibus adiunari. per dom.

In die. Oratio.

**D**eus, qui hodiernā diem Apostolorū tuorum Petri & Pauli in martyrio cōsacrasti, da, quæsumus, ecclesiæ tuae in oibus sequi præceptū, per quos religionis summis exordiū. per do-

Commemoratio sancti Pauli. Oratio.

**D**eus, qui multitudinem gentium beati Pauli Apostoli tui, prædicatione docuisti, da nobis, vt cuius natalitia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. per dominum.

Eodem die, sancti Martialis. Oratio.

**D**eus, qui venerabilem beati Martialis cōfessoris tui atq; pōtificis festivitatem solenniter reuerentem populo tuo dedi casti, cōcede nobis, vt quod in eius honore depositum, co suffragante consequi mereamur. per dominum.

Sanctorum martyrum Processi & Martiniani. Oratio.

**D**eus, qui nos sanctorū tuorū Processi & Martiniani confessionibus glorioſis circundas & protegis, da nobis & eorum imitatione proficere, & intercessione gaudere. per.

Translatio sancti Martini. Oratio.

**O**mnipotēs & misericors Dc⁹, qui inter cetera miracula sancti confessoris tui Martini, etiā in die translationis sacri corporis illius angelicā revelationē populo tuo deimōstrasti: praesta nobis petētibus huius patroni suffragantibus meritis, vt ea quæ sunt placita, digno affectu & deuotis mētibus exequamur. per.

D ij Octaua



Octaua die Apostolorum Petri & Pauli.

**D**eus cuius dextera beatū Petrū apostolū ambulantē in flūctibus, nē mergere, erexit, & coapostolū eius Paulū tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit, exaudi nos propitiū, & concede, vt amborum meritis & eternitatis gloriam consequamur. Per do.

Mariæ Magdalene.

Oratio.

**L**Argire nobis clementissime pater, quòd sicut beata Maria Magdalena dominum nostrum Iesum Christum super omnia diligēdo suorū obtinuit veniā peccaminū, ita nobis apud misericordiam tuam sempiternam impetrat beatitudinem. Per Iacobi apostoli.

Oratio.

**E**sto domine plebi tuæ sanctificator & custos, vt apostoli tui Iacobi in unitate præsidij, & conuersatione tibi placeat, & secura mente deseruiat. Per dominum.

Sanctorū martyrum, Simplicij, Faustini, & Beatricis. Oratio.

**P**raesta quæsumus domine, vt sicut populus Christianus martyrum tuorum, Simplicij, Faustini & Beatricis temporali festiuitate cōgauder, ita perfruatur eterna: & quod votis celebrat, comprehendat effectu. Per dominum.

In vincula sancti Petri.

Oratio.

**D**eus, qui beatum Petrum Apostolum à vinculis absolutū, illæsum abire fecisti: nostrorū, quæsumus, absoluere vincula peccatorum, & omnia mala nobis propitiū auerte. Per domi-

Stephani, Gamalielis, & Nicomedi. Oratio.

**D**eus, qui nos annua præclaræ inuentionis sanctorum tuorū Stephani, Gamalielis, Nicomedi, atq; Abibonis solennitate letificas, præsta quæsumus, vt quos in cœlesti gloria sublimatos miraculis in terra decorasti, apud paternam pietatis tuę clementiam intercessores semper habere mereamur. Per dominum.

Xysti papæ.

Oratio.

**D**eus, qui confispicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus, concede propitiū, vt intercessione beati Xysti martyris tui atq; pontificis contra omnia aduersa muniamur. Per do.

In die transfigurationis domini nostri Iesu Christi. Oratio.

**D**eus, qui vñigenitum tuum hodierna die mirabiliter transformatum cœlitū virtusq; testamēti patribus renelaſti, da nobis, quæsumus, beneplacitus tibi aetibus ad eius semper cōtemplandam

plandam pertingere gloriam: in quo tuæ paternitati optimè cōplacuisse testatus es. Per eundem.

De sancto Laurentio.

Oratio.

**D**a nobis, quæsumus omnipotens Deus, vitiorum nostrorū flammas extinguere: qui beato Laurentio martyri tuo tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per.

Tiburtij martyris.

Oratio.

**B**eatū Tiburtij nos Dñe foueant continua præsidia: quia non definiſis propitiū intueri, quos talibus auxilijs cōcesseris adiuuari. Per. In vigilia assumptionis beatæ Mariæ. Oratio.

**D**eus, qui virginalem aulam beatæ Mariæ (in qua habitares) eligere dignatus es, da quæsumus, vt sua nos defensione inuitos, iucundos faciat suæ intercessione festiuitati. Qui viuis. Sacra.

**C**onuera nostra Dñe apud clementiā tuam Dei genitricis cōmendet oratio, quā idcirco de præsenti sèculo translustri: vt pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat per.

Posticō.

**C**oncede, quæsumus omnipotens Deus, fragilitati nostræ præfidiū: vt qui sanctæ Dei genitricis requiem celebramus, intercessione eius auxilio à nostris iniuriantibus resurgamus. Per eundem.

In die. Oratio.

**V**eneranda nobis Dñe huius dicti festiuitas opem cōferat salutarem, in qua sancta Dei genitrix mortem subiit temporalement: nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, quæ filium tuū Dominum nostrum de se genuit incarnatum. Qui. Sacra.

**C**ubueniat Dñe plebi tuae genitricis oratio, quam (& si pro conditione carnis migrasse cognoscimus) in cœlesti gloria pro nobis aperte orare sentiamus. Per eundem.

Posticō.

**C**onsit cœlestis participes effetti imploramus clementiā tuā Dñe Deus noster: vt qui festa sanctæ Dei genitricis colimus, a cū etiis malis imminētibus eius intercessionibus liberemur. Per eundem.

Octaua die sancti Laurentij. Oratio.

**B**eatū Laurentij quæsumus domine nos faciat passiovenerans: & vt eam sufficienter recolamus, dignosefficiat. Per Dominum.

Sacra.

**C**oncede, quæsumus, ut beati Laurentij martyris tui honorabilem passionem muneribus Domine geminatis exequimur, qua licet proprijs sit memoranda principijs, indefinenter tamen permaneat glorio-

D iii sa.



per Dominum.

**C**olennis Domine nobis intercessio beati Laurentij martyris tui, quæsumus, præstet auxilium, ut cœlestis mensæ participatio (quam sumpsumus) tribuat ecclesiae tuæ recensitam lætitia. Per.

Agapeti martyris.

Postcom.

**L**Acetur Ecclesia tua Deus beati Agapeti martyris tui cōfisa suffragijs: atq; eius precibus glorioſis, & deuota permaneat, & secura confiſtat. Per Dominum.

Octaua sancte Mariæ.

Oratio.

**F**Amulorum tuorum, quæsumus Domine, delictis ignosce: vt, qui tibi placere de actibus nostris non valemus, genitricis filij tui Domini nostri intercessione saluemur. Per eundem.

Timothei & Symphoriani.

Oratio.

**B**enedictio tua Domine implet corda fidelium: talesq; efficiat, qui & martyrum tuorum Timothei & Symphoriani passione in honorificent: & remedia salutis æternæ corundem patrocinantibus meritis assequantur. Per Dominum.

Bartholomei Apostoli.

Oratio.

**O**mnipotens sempiterne Deus: qui hujus diei venerandam sanctamq; lætitudinem in beati Apostoli tui Bartholomei festiuitate tribuisti, da ecclesiae tuæ, quæsumus, id amare quod credit, & prædicare quod docuit. Per Dominum.

Augustini Episcopi.

Oratio.

**A**ddest supplicationibus nostris omnipotens Deus: & quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges, intercedente beato Augustino confessore tuo atq; pontifice, consuetæ misericordiæ tribue benignus effectum. Per Dominum.

Herini atq; Juliani.

Oratio.

**D**eus, qui beatos martyres tuos Herinum atq; Julianum virtute constantiæ in passione roboraſti, ex eorum nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mutudi despicere: & nulla eius aduersa formidare. Per eundem.

Decollatio sancti Ioannis Baptista.

Oratio.

**S**ancti Ioannis Baptiste & martyris tui, Domine quæsumus, veneranda festiuitas salutaris auxiliij nobis præstet effectum. Per Dominum.

Felicis & Adauerti.

Oratio.

Maie-

**M**aiestatem tuā supplices deprecamur, vt sicut nos iugiter sanctorum tuorum Felicis & Adauerti commemoratione lætificas, ita semper supplicatione defendas. per.

Aegidij Abbatis.

Oratio.

**P**rætende nobis dñe misericordia tuam: & beati Aegidij abbatis intercessio, cuius nos dediſti patrocinij adiuuari, tribue, vt maiestatem tuam iugiter exoret pro nobis. per dominum.

Antonini.

Oratio.

**O**mnipotens sempiterne Deus, fidelium indeficiens cōserua tor, qui glorioſi martyris Antonini clarificare dignatus es solennitatē, exaudi preces supplicatiæ ecclesiæ, & præsta, vt quod deuotè expedit, eo suffragante consequi mereatur. per dominum.

Natiuitatis sancte Mariæ Virginis.

Oratio.

**S**VPplicationem seruorum tuorū Deus miserator exaudi: vt qui in natiuitate Dei genitricis Mariæ cōgregamur: ci<sup>o</sup> intercessionibus à te de instantibus periculis eruamur. per. Sacra.

**V**nigeniti tui domine nobis succurrat humanitas: vt qui nat<sup>o</sup> de Virgine, matris integritatē non minuit, sed sacravit, in natiuitatis eius solennijs nostris nos piaculis exuens, oblationem nostram sibi faciat acceptam. Quí tecum &c.

Postcom.

**¶** Sumpsumus dñe celebritatis annuę votiva sacramenta, præsta quæsumus, vt temporalis nobis vitæ remedia præbeant & æterna. per dominum.

Hadriani martyris.

Oratio.

**C**oncede, quæsumus omnipotens Deus, vt sancti Hadriani martyris tui sociorumq; eius veneranda festiuitas, salutaris auxiliij præstet augmentum. per dominum nostrum.

Exaltatio sanctæ Crucis.

Oratio.

**D**eus, qui nos hodierna die exaltatiōis sanctæ Crucis annua solenitate lætificas, p̄sta q̄sum⁹, vt cuius mysteriū in terra cognoui⁹, ci<sup>o</sup> redēptiōis p̄mia cōsequi mereamur. per eūd. Sacra.

**¶** Iesu Christi Domini nostri corpore & sanguine signati, per quem Crucis est sanctificatum vexillū: quæsumus domine Deus noster, vt sicut illam adorare meruimus, tā perennitatis eius gloria salutari potiamur effectu. per eundem.

Postcom.

**¶** Quæsumus omnipotens Deus, vt quos diuinæ facis participatione gaudere, humanis non finis subiacere periculis. per.

Sanctorū martyrum Cornelij & Cypriani.

Oratio.

D iiiij Infir-



Infirmitatem nostrā quēsumus domine, propitius respice: & mala omnia, quae iustè meremur, sanctorū martyrum tuorū Cornelij & Cypriani intercessionibus auerte. per dominum.

Sancti Nicomedis.

Oratio.

Adesto domine populo tuo, vt beati Nicomedis martyris tui merita praelara venerantes, ad impetrāndam misericordiam tuam semper eius patrocinij adiuuemur. per domi.

In vigilia sancti Matthæi apostoli.

Oratio.

De quēsumus oīpotēs Deus, vt beati Matthæi apostoli tui & euāgelistæ, quā preuenimus, venerāda solennitas, & deuotionem nobis augeat & salutem. per. In die. Oratio. ¶ Beati Matthæi apostoli tui & euāgelistæ, quēsum⁹ domine, precibus adiuuemur: vt quod possiblitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. per dominum.

Sacra.

¶ Supplicatiōib⁹ apostoli tui Matthæi & euāgelistæ, q̄sum⁹ dñe, tuæ ecclesiæ oblatio accepta reddat: atq; magnificis eius p̄dicationibus semper erudiatur, & deuota permaneat. per domi.

Mauritij, Exuperij, Cäd. Viēt. Inno. & Vita. marty. Ořo.

D̄eus, qui es oīm sanctorū tuorum splendor mirabilis, quiq; hñc diē in honorē beatorū martyru tuorū Mauritij, Exuperij, Cädidi, Viētoris, Innocētij, & Vitalis sociorūq; eorū martyrio cōfescrafti: da ecclesiæ tuae de corū letari solēnitate: vt apud misericordiā tuam exemplis eorum & meritis adiuuemur. per.

Cosmæ & Damiani.

Oratio.

Presta, quēsumus omnipotēs Deus, vt qui sanctorum martyrum tuorum Cosmæ & Damiani natalitia colimus, à cunctis malis imminentibus, eorum intercessionibus liberemur. per.

Sancti Michaēlis archangeli.

Oratio.

D̄eus, qui miro ordine, angelorū ministeria hominūq; dispēsas, cōcede propitius, vt à quib⁹ tibi ministrāribus in cœlo semper aſſititur, ab his in terra vita noſtra muniat. per. Sacra. ¶ Hostias tibi domine laudis offerimus, suppliciter deprecātes, vt easdem angelico pro nobis interueniente ſuffragio, & placatus accipias, & ad ſalutem noſtram peruenire cōcedas. per. Postcō. ¶ Beati archāgeli tui Michaēlis interuenitione ſuffulti, suppliciter te domine deprecāmur, vt, quod ore prosequimur, cōtingamus & mente. Sancti Hieronymi.

Oratio.

Sancti

Sancti nos dñe Hieronymi natalitia votiu aſtificet, & ſuæ be neficijs intercessionis attollant. per dominum.

Remigij & Germani & Vedasti.

Oratio.

Exaudi dñe populi tuu, & ſcotorū confessorū tuorū Remigij, Germani, & Vedasti Antiflītu ſolēnia celebrātes, tēporalis vitæ nos tribue pace gaudere, & aternū reperire ſubſidiū. per. Sancti Francisci confessoris.

Oratio.

D̄eus, qui ecclesiā tuā beati Francisci meritis ſoētu nouę prolis amplificas, tribue nobis ex eius imitatione terrena defiſcere, & cœleſtiū donorum ſemper participatione gaudere. per. Marci papæ.

Oratio.

Exaudi domine preces noſtras, & interueniente beato Marco confeffore tuo atq; pontifice, ſupplicationes noſtras placatus intende. per dominum noſtrum.

Calixti papæ.

Oratio.

D̄eus, qui nos cōſpicis ex noſtra infirmitate defiſcere, ad amo rem tuum nos miſericorditer per ſanctorum tuorum exēpla restaura. per dominum.

Lucæ euāgelista.

Oratio.

Interueniat pro nobis, domine quēsumus, ſanctus Lucas euāgelista: qui crucis mortificationem iugiter in ſuo corpore protui nominis amore portauit. per dominum.

Sacra.

¶ Donis cœleſtibus da nobis (domine quēsumus) libera tibi me te ſeruire: vt munera, quæ deferimus, interueniente beato euāgelista tuo Luca & medelā nobis operent & gloriā. per. Postcō.

¶ Repleti domine benedictione cœleſti, ſuppliciter exoramus, vt quod fragili celebramus officio, beati Lucæ euāgelista tui nobis prodeſſe ſentiamus auxilio. per dominum.

In festo vndeſicm milium Virginum.

Oratio.

Vəſumus oīpotēs Deus: qui nos beatarū Virginū & martyru annua ſolēnitate ſetificas, tu pijs p̄cibus noſtrorū peccatorū remiſſionem tribue: quatenus recto tramiſte ad perpe tuaū beatitudinem mereamur ſocliciter peruenire. per domi.

In vigilia apolloſorum Simōnis & Iude.

Oratio.

Concede, quēsumus omnipotēs Deus, vt ſicut apolloſorum tuorum Simōnis & Iude glorioſa natalitia p̄aue nimis, ſic ad tua beneficia promerenda maiestatem tuā pro nobis ipſi

D. v. p̄c.



præueniant. per dominum. In die. Oratio.  
**D**eus, qui beatos Apostolos tuos Simōnem & Iudā ad agnationem tui nominis venire tribuisti, da nobis eorum gloriam sempiternam & proficiendo celebrare, & celebrando proficere. per dominum nostrum. Postcom.

¶ Perceptis Domine sacramētis suppliceste rogamus, vt intercedentibus beatis Apostolis tuis Simōne & Iuda, quę pro illorū veneranda gerimus passione, nobis proficiat ad medēlam. per.

In vigilia Omnim̄ sanctorum. Oratio.

**D**omine Deus noster multiplica super nos gratiam tuam, & quorum præuenimus gloria solennia, tribue subsequi in sancta professione lētitiam. per dominum. Sacra.

¶ Altare tuū Dñe Deus muneribus cumulamus oblatis, da q̄sumus, vt ad salutē nostrā omnīū sanctorū tuorum deprecationes proficiant, quorū solennia ventura præcurrimus. per. Postcom.

¶ Sacramētis Dñe, & gaudijs optata celebritate expletis: quæsumus, vt eorum precibus adiuuemur, quorū recordationibus exhibemur. per dominum.

In die. Oratio.

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui nos omnium sanctorum merita sub vna tribuisti celebritate venerari: quæsumus, vt desideratam nobis tuę propitiatiōnis abūdantiā, multiplicatis intercessoribus largiaris. per dominum.

In cōmemoratione Fidelium defunctorum. Oratio.

**F**idelium Deus omnium conditor & redemptor animabus famulorum familiarumq; tuarum remissionem cūctorum tribue peccatorum, vt indulgentiā (quam semper optauerunt) pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis & regnas. Sacra.

¶ Hostias, quæsumus dñe, quas tibi pro animabus famulorū familiarumq; tuarū offerimus, propitiatus intēdevt quibus fidei Christianae meritū contulisti, dones & præmiū. per. Postcom.

¶ Animabus, quæsumus domine, famulorū familiarumq; tuarū omniūq; fidelium defunctorum oratio proficiat supplicantū: vt eas & à peccatis omnibus excuas, & tuę redēptionis facias esse participes. Qui viuis & regnas.

Sancti Theodōri martyris. Oratio.

**D**eus, qui nos beati Theodōri martyris tui confessione gloria circūdas & protegis, præsta nobis ei' imitatione proficere,

sicere, & oratione fulciri. Per Dominum.

In festo quatuor coronatorum. Oratio.  
**P**ræsta, quæsumus omnipotens Deus, vt qui glorioſos martyres tuos fortes in sua confessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. per Dominum.

Sancti Martini Episcopi. Oratio.

**D**eus, qui conspicis, quia ex nulla nostra virtute subsistimus, cōcede propitiū, vt intercessione beati Martini confessoris tui atq; pontificis contra omnia aduersa muniamur. Per. Sacra.

¶ Da misericors Deus, vt haec nos salutaris oblatio intercedente beato Martino cōfessore tuo atq; pōtifice, & à proprijs reatibus indesinēter expediat, & ab oībus tucatur aduerſis. Per. Postcom.

¶ Præsta quæsumus Dñe Deus noster, vt cuius festiuitate votiua sunt sacramēta, eius intercessione nobis salutaria reddātur. Per.

Sancti Bricij Episcopi. Oratio.

**D**a q̄s op̄s Deus, vt beati Bricij cōfessoris tui atq; pōtificis veneranda solennitas: & deuotionē nobis augeat, & salutem. Per Dominum. Sancte Elisabeth. Oratio.

**T**vorum corda fideliū Deus miserator illustra: & beatæ Elisabeth precibus gloriōsis fac nos prospera mundi despicer, & cœlesti semper consolatione gaudere. Per Dominum.

Sanctæ Ceciliæ virginis. Oratio.

**D**eus, qui nos annua beatæ Ceciliæ virginis & martyris tue solennitate lētificas, da, vt quam veneramur officio, etiam piæ conuersationis sequamur exemplo. Per Dominum.

De sancto Clemente. Oratio.

**D**eus, qui nobis annua beati Clementis martyris tui atq; pōtificis solennitate lētificas, concede propitiū, vt cuius natitia columbus, virtutem quoq; passionis imitemur.

Sanctæ Catharinæ virginis. Oratio.

**D**eus, qui dedisti legem Moyſi in summitate montis Sinai, & eodem loco corpus beatæ Catharinæ virginis & martyris tuę per sanctos angelos tuos mirabiliter collocasti: cōcede propitiū, vt eius meritis & intercessione ad mōtem (qui Christus est) valeamus perenire. Per. De sancta Cruce. Oratio.

**D**eus, qui vnigeniti filij tui domininostrī Iesu Christi pretio sanguine viuisca Crucis vexillum sanctificare voluisti, concede.



concede quæsumus, eos (qui eiusdem sanctæ Crucis gaudent honore) tua quoq; vbiq; protectione gaudere. per Dominum nostrum Iesum Christum.

Alia oratio de Cruce, tempore resurrectionis.

**D**eus, qui pro nobis filium tuum Crucis patibulum subire voluisti, vt iniunici à nobis expelleres potestatem, concede nobis famulis tuis, vt resurrectionis gratiam consequamur. per. **Sacra.**  
**C**onfirma nos misericors Deus, vt Ecclesiæ tuae preces, quæ tibi grata sunt, pia munera deferentes, hiant expiatim mentibus gratiores. per Dominum nostrum.

Postcom.

**C**largire sensibus nostris omnipotens Deus: vt per temporalem filij tui mortem, quam mysteria veneranda testantur, vitam nobis te dedisse perpetuam confidamus. per eundem Dominum.

Beatæ Mariæ.

Oratio.

**D**eus, qui salutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fecunda humano generi præmia prestitisti, tribue, quæsumus, vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dñm nostrum Iesum. Qui tecum. &c.

Alia Oratio.

Oratio.

**C**oncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis salute gaudere, & gloria beatæ Mariæ semper virginis intercessione, à presenti liberari tristitia, & æterna perfriu latitia. per Dominum.

Sacra.

**C**oncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis salute gaudere, & gloria beatæ Mariæ semper virginis intercessione, ad perpetuam atq; presentem haec oblatione nobis proficiat prosperitatem, & pacem. per Dominum.

Postcom.

**C**oncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis salute gaudere, & gloria beatæ Mariæ semper virginis intercessione, ad perpetuam atq; presentem haec oblatione nobis proficiat prosperitatem, & pacem. per Dominum.

De omnibus sanctis.

Oratio.

**C**oncede, quæsumus omnipotens Deus, vt intercessio nos sanctæ Dei genitricis semperq; virginis Mariæ, sanctorumq; omnium, ecclœsium virtutum: & beatorum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, atq; Virginum, & omnium electorum tuorum vbiq; letificet, vt dum corū merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Alia oratio de omnibus sanctis.

A cunctis

**A**cunctis nos (quæsumus Domine) mentis & corporis defensione periculis, & intercedente Dei genitrice Maria: & beatis apostolis tuis Petro & Paulo atq; beato Dñico, cū omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus & pacem: vt destruetis aduersitatibus & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruat libertate. Per eundem dominum.

Sacra.

**M**undet & muniat nos, quæsumus domine, diuini sacramenti munus oblatum: & intercedente beata Dei genitrice Maria, & beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq; beato Dominico cum omnibus sanctis, à cunctis nos reddas & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos. Per eundem.

Pro quaenq; necessitate.

Oratio.

**I**nneffabilem misericordiam tuam domine nobis clementer ostende: vt simul nos à peccatis omnib⁹ exuas, & à poenis, quas pro his meremur, eripiatis. Per dominum.

Postcom.

**P**raefla quæsumus domine, vt eternis affectibus expiat, ad superni plenitudinē sacrameti, cuius libauimus sancta, tendamus. Per dominum.

Pro Papa.

Oratio.

**D**eus omniū fidelium pastor & rector, famulum tuum. N. que pastorē ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei quæsumus, verbo & exemplo (quibus præfet) proficere, vt ad vitam unam cum grege sibi credito proficiat sempiternam. Per do-

Pro tribulatione ecclesiæ.

Oratio.

**E**cclœsiæ tuæ domine preces placat⁹ admittit: vt destruetis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secura tibi deseruiat libertate. Per.

Pro peccatis.

Oratio.

**X**audi, quæsumus domine, supplicum preces, & consilientiū tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem. Per dominum nostrum.

Pro prædicatoribus.

Oratio.

**C**orda famulorū tuorū domine illumina: Spiritus sancti gratia, & ignitum eis colloquium dona: & qui tuum prædicant verbum, largire virtutis augmentum. Per.

Sacra.

**F**amulis tuis dñe tribue gratiosum, & munera oblata sanctificans, corda eorū in salutari tuo (quæsumus) visita. Per.

Postcom.

**C**onserua domine famulos tuos vniuersitati corpore & sanguine suscepto: & tuum nuntiantibus verbum largitatem tribue

gra-



gratiarum. per do.

Pro familiaribus.

Oratio.

**D**eus, qui charitatis dona per gratiam Sancti spiritus tuorum cordibus fidelium infudisti, da famulis & famulabus tuis, pro quibus deprecamur tuam clementiam salutem mentis & corporis, ut te tota virtute diligant, & quae tibi placita sunt, tota dilectione perficiant. per.

Pro pace. Oratio.

**D**eus, a quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera, da seruis tuis illam, quam modus dare non potest pacem: ut & corda nostra mandatis tuis dedita & hostiis sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. per. Sacra.

**P**Deus, qui credentes in te populos nullis finis conicutur terroribus, dignare preces & hostias dicatae tibi plebis suscipere: ut pax tua pietate concessa, tibi Christianorum fides ab omni hostile faciat esse lecuros. per dominum.

Postcommu-

**P**Deus autor pacis & amator, quem nosse est vivere, cui seruire regnare est, protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos, ut, qui in defensione tua confidimus, nullius hostilitatisarma timeamus. per dominum nostrum.

Pro iter agentibus.

Oratio.

**A**d te domine supplicationibus nostris, & via famulorum tuorum in salutis tuae prosperitate dispone: ut inter oes & vias huius varietates, tuo semper protegatur auxilio. per. Sacra.

**P**ropitiare domine supplicationibus nostris, & has oblationes

(quas tibi offerimus pro famulis tuis) benignus aspice: ut via il-

lorum & precedente gratia tua dirigas, & subsequente comita-

ri digneris: ut de actu atque incolumente eorum secundum misericordiam tuam praesidia gaudeamus. per dominum.

Pro infirmis.

Oratio.

**O**mnipotens semperne Deus salus eterna credentium, exaudi nos pro famulis tuis, pro quibus misericordiae tuae imploramus auxilium: ut reddit a sibi sanitatem, gratiarum tibi in ecclesia tua referant actionem. per.

Sacra.

**P**Deus cuius nutibus vita nostrae momenta decurrunt, suscipe preces & hostias famulorum tuorum, pro quibus egrotatibus misericordiam tuam imploramus: ut de quorum periculo metuimus de eorum salute letemur. per dominum.

Ad postulandam pluviam.

Oratio.

Deus

**D**eus, in quo vivimus, mouemur, & sumus, pluviam nobis tribue congruentem: ut presentibus subsidij sufficienter adiuti, semperna fiducialius appetamus. Per Dominum.

Pro serenitate.

Oratio.

**A**d te domine clamantes exaudi, & aeternis nobis serenitate tribue supplicantibus: ut qui iusti pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua proueniente, clementiam sentiamus. Per.

Pro Praelatis & congregacione.

Oratio.

**O**mnipotens semperne Deus, qui facis mirabilia magna solus, pretende super famulos tuos & super cunctas congregaciones illis commissias spiritum gratiae salutaris: & ut in veritate tibi complacent, perpetuum eis rorem tuum benedictionis infunde. per Dominum.

Pro Rege.

Oratio.

**Q**uestumus omnipotens Deus, ut famulus tuus Rex noster, qui tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium a te capiat incrementa: quibus decenter ornatus, viatorum monstra deuitare, & hostes superare, & ad te (qui via, veritas, & vita es) gratus valeat pervenire. per Dominum.

Pro Tentatis & Tribulatis.

Oratio.

**D**eus, qui iustificas impium, & non vis mortem peccatorum, maiestatem tuam suppliciter deprecamur, ut famulos tuos de tua misericordia confidentes, caelesti protegas benignus auxilio, & assidua protectione conserues: ut tibi rugiter famuletur, & nullis tentationibus a te separantur. per Dominum.

Ad inuocandum gratiam sancti Spiritus.

Oratio.

**D**eus, cui omne cor patet, & ois voluntas loquitur, & quem nullum latet secretum, purifica per infusionem Spiritus sancti cogitationes cordis nostri: ut te perfecte diligere, & dignare laudare mereamur. per. In unitate eiusdem Spiritus sancti Deus.

Contra tentationem carnis.

Oratio.

**V**erigne sancti Spiritus renes nostros & cor nostrum Domini ne, ut tibi callo corpore seruiamus, & mundo corde placeamus. per Dominum nostrum. In unitate.

Orationes pro defunctis.

Pro Episcopo. Oratio.

**D**eus, qui inter Apostolicos sacerdotes famulum tuum pontificali seculi dignitate vigere, praesta quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. per Dñm nostrum.

Pro



Pro viro defuncto.

Oratio.

**I**NTELLA Domine aurem tuam ad preces nostras: quibus misericordiam tuam supplices deprecamur, ut anima famuli tui, quam de hoc seculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constitutas, & sanctorum tuorum iubeas esse confortem. Per Dominum.

Pro foemina.

Oratio.

**Q**UÆSUMUS Domine, pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ, & à cōtagijs mortalitatis exutam, in æternæ salutis partem restitue. Per.

In anniversario.

Oratio.

**D**EUS indulgentiarum Domine: da animabus famulorum famularumq; tuarum, quorum anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per Dominum.

Pro fratribus familiaribus & benefactoribus.

Oratio.

**D**EUS venie largitor & humanæ salutis amator, quæsumus clementiā tuā: vt nostræ congregatiōnis fratres, familiares, & benefactores, qui ex hoc seculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis, ad perpetuæ beatitudinis confortium peruenire concedas. Per Dominum.

Pro parentibus.

Oratio.

**D**EUS qui nos patrem & matrem honorare præcepisti: miserere clementer animabus parentum nostrorum, eorumq; peccata dimitte: nosq; cum eis in æternæ claritatis gaudio fac viuere. Per.

Pro familiaribus.

Oratio.

**O**MNIPOTENS sempiterne Deus, cui nunq; sine spe misericordiæ supplicatur, propitiare animabus famulorū famularumq; tuarum: vt qui de hac vita in tui nominis confessione decesserūt, sanctorum tuorum numero facias aggregari. Per Dominum.

Pro his qui in coemeterio requiescunt.

Oratio.

**D**EUS cuius miseratione animæ fidelium requiescunt, famulis & famulabus tuis omnibus hic & ubiq; in Christo quiescentibus da propitius veniam peccatorum: vt a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine latentur. Per Dominum.

Pro viuis & defunctis.

Oratio.

**O**MNIPOTENS sempiterne Deus, qui viuorū dominaris simul & mortuorū, omniumq; misereris, quos tuos fide & opere futuros esse praenoscis, te suppliciter exoramus, vt pro quibus effundere

effundere preces decreuimus, quosq; vel præsens adhuc seculū in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit, pietatis tuae clementia, omnium delictorum suorum veniam & gaudia consequi mereantur æterna. per dominum.

Pro viuis & defunctis.

Oratio.

**P**LETATE tua, quæsumus domine, nostrorum vincula solue omnium delictorū: & intercedente beata & gloriofa semperq; Virgine Dei genitricē Maria cum omnib⁹ sanctis, nos famulos tuos, & omnem populū catholicum, in omni sanctitate custodi: omnesq; consanguinitate, ac familiaritate, vel cōfessione & oratione nobis iunctos, vitijs omnibus purga: virtutib⁹ illustra: pacem & salutem nobis tribue, hostes visibiles & inuisibiles remoue, amicis & inimicis nostris veram claritatem largire, & omnibus fidelibus viuis ac defunctis vitam & requiem æternam cede. per eundem dominum nostrum.

Pro vitanda mortalitate.

Oratio.

**D**EUS, qui non mortem, sed pœnitentiam desideras peccatorum, populum tuum, quæsumus, ad te conuerte propitius: vt dum tibi deuotus existit, iracundia tuę ab eo flagella semper amoueat. per dominum nostrum Iesum.

Orationes domini nostri Iesu Christi.

Oratio.

**I**ESU Nazarene respice tribulationes, quæ circundederunt nos vndiq;: & deprecor te toto corde contrito & humili, ac in spiritu humilitatis, vt exaudiás me de tribulatione, propter quam te inuoco & proclamo Alpha & O, Iesu Christe benedicté, pater omnium credentium, atq; omnium creaturarum: & sicut veram carnē de beata virgine Maria suscepisti, ita veraciter accipiam quod à te petimus. Qui viuis & regnas.

Pro tribulatione.

Oratio.

**D**EUS, qui contritorum non despicias gemitus: & credentium in te non spenis affectum, intercedentibus omnibus sanctis tuis, adesto pœbus nostris, quas tibi pro tribulatione nostra effundim⁹, easq; clementer suscipi tribuas: vt quicquid cōtra nos diabolice atq; humanę moliuntur aduersitatum fraudes, ad nihilum redigantur: & consilio pietatis tuae allidātur, vt nullis aduersitatibus Iesī, sed de omni tribulatione & angustia erepti, leti in ecclesia tua sancta tibi gratias referamus. Qui viuis & regnas.

E. Omnia-



Pro se meipso.

**O**nnipotens sempiterne deus, tunc gratiae pietatem supplici deuotione deposco, ut omnium malorum meorum vincula solvas, cunctisq; meis criminibus & peccatis clementer ignoscas: & quia me indignum & peccatorem ad ministerium tuum vocare dignatus es, sic me idoneum ministrum tibi efficias, ut sa crificium de manibus meis placide ac benignè suscipias: electoruq; sacerdotu me particeps facias, & de præceptis tuis in nullis oberrare me permittas.

Oratio.

**C**odus qui te precipis a peccatoribus exorari, tibiq; sacrificiu cōtriti cordis offerri, hoc sacrificiu (quod indignis manib; meis offero) acceptare digneris: & vt ipse tibi hostia & peccatorum meorum percipias remissionem per domini.

Postcō.

**C**odus qui vinorum es Saluator omniū, qui non vis morte peccatorum, nec letaris in perditione morientium, te suppliciter de precor, ut per hanc sancta, qua sumpsi, cōcedas mihi veniam delictorum meorum: ut admissa deflaim, & deflenda postmodū nō admittā, vt cum mihi extrema dies finisq; vitæ meæ aduenierit, mundatum a delictis omnibus, me angeli sancti tui custodiant. per dominum.

De sancto Emerico.

Oratio.

**D**eus, qui Emericum inuenili flore nitentem, in sanctorum confessorum tuorum consortium sublimasti, praefla (quæsumus) vt quem tibi fecisti esse deuotum, & eius apud te perpetuum fentamus auxilium. per dominum nostrum Iesum.

De quinq; plagiis domini nostri Iesu Christi.

Oratio.

**D**omine Iesu Christe fili dei vivi, qui de coelis ad terrā de fru- nu patris descendisti, & in ligno crucis quinq; plagiis sustinuisti, & sanguinem tuum pretiosum in remissionem peccatorū nostrorum sudisti, te humiliter imploramus, vt in die iudicij ad dexteram tuam audire mereamur. Venite benedicti patris mei. Qui vivis & regnas deus, per omnia secula seculorum. Amen.

De tribus Magis.

Oratio.

**D**eus qui tres Magos Orientales, Gaspar, Melchior, & Baltasar ad filij tui domini nostri Iesu Christi cunabula, vt eu mysticis adorarent muneribus, sine impedimento duxisti, & reduxisti, cōcede famulis tuis, vt in hoc itinere (qd' peracturi sunt) per ipsorum trium Regum pias intercessiones & merita, pacem

&

& prosperitatē, ac sanitatem: quatenus ipso vero sole, vera fcl- la, & cœro lumine ducente, ad loca optata sine offenditione & im- pedimento peruenire mereantur. Per eundem Dominum.

De divisione Apostolorum.

Oratio.

**D**eus, qui divisionem Apostolorū tuorum hodierna die per mundum fieri in tua proutientia præordinasti, vt in una fi- dei gratia gentium per orbem vbiq; dispersa vocaretur eccllesia: da nobis per supplicationem ipsorum veniam promereri pecca- torum: quorum vera prædicatione, ad tui sanctū nominis perue- niamus agnitionem. Per Dominum.

De sancto Stephano rege & confessore Vngaroru.

Oratio.

**D**eus, qui beatum Stephanum Regem & confessorem tuum terreni Imperij gloria & honore coronaisti, & sanctoru tuorum societate sublimasti: præfla quæsumus vt quem Pannonia habuit diuinæ religionis doctorem in terris, eum modò ecclesia mereatur habere defensorem in cœlis. Per Dominum.

De sancto Gregorio pro defunctis.

Oratio.

**O**nnipotens sempiterne Deus: qui nos beati Gregorij con- fessoris tui atq; pontificis cōmemoratione lētificas, cōcede propitiū, vt qui eius precibus & meritis defunctorum animas supplicijs misericorditer liberasisti, liberes quoq; eiusdem pijs suf- fragijs animam famuli tui. N. à tormentis aeternis, creptamq; cō- lestium bonorum facias esse confortem. Per Dominum.

Hæc oratio dicatur ante benedictiones sequentes.

**D**eus, qui famulo tuo Moysi in liberatio populi tui de Aegypto, agnum occidere iussisti in similitudinem Domini no- strī Iesu Christi, & vtrosq; postes domorum de sanguine huius agni perungi præcepisti: ita benedicere & sanctificare digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudent tuam su- mere desideramus, per resurrectionem Domini nostri Iesu Christi. Qui tecum viuit & regnat in unitate. &c.

Benedictio Carnium vel Anium.

Oratio.

**I**GNARE Domine Deus omnipotens benedice & sanctificare has Ouium sive Anium carnes: vt quicunq; ex populis tuis fideliter de eis comedenterint, omni benedictione cum gratia saturati, repleantur bonis. Per Dominum nostrum.

E ii

Bene-



Benedictio Casci & Ouorum.

Oratio.

**D**eus creator & conseruator generis humani, dator gratiæ spiritualis: largitor æternæ salutis Domine, effunde benedictionem tuam super hanc creaturam Casci & Ouorum: ut armati cœlesti defensione, quicunq; ex eis gustauerint, sibi proficiant ad æternam salutem. Per Dominum nostrum.

Benedictio Panis.

Oratio.

**D**omine sancte pater oportes æterne Deus, benedicere dignis hunc panem tua sancta spirituali benedictione: ut sit omnibus sumentibus salus mentis & corporis: atq; contra omnes morbos & vniuersas inimicorum infidias tutamen. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Benedictio Loci vel Domus.

Oratio.

**B**enedic Domine Deus omnipotens Locum istum, vel domum istam: ut sit in eo vel in ea sanitas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas & mansuetudo, plenitudo legis, & gratiarū aetio Deo patri & filio & spiritui sancto, & haec benediction maneat super hunc Locum vel super hanc Domum, & super habitantes in eo vel in ea. Per Dominum nostrum.

Benedictio vniuscuiusq; Rei.

Oratio.

**B**enedic Domine creaturam istam. N. vel. N. ut sit remedium salutare generi humano, & praesta per inuocationem tui sancti nominis, ut quicunq; ex ea sumperint, vel gustauerint, corporis sanitatem, & animæ tutelam percipiант. per dominum.

Benedictio nouorum Fructuum.

Oratio.

**B**enedic Domine hunc Fructum nouū arborū: ut hi, qui vntur eo, sint mente & corpore sanitati restituti. Per dominum.

Benedictio Vuarum vel Ficuum.

Oratio.

**B**enedic Domine hos Fructus nouos Vuarum siue Ficuum: quos tu Domine per rorcem cœli & inundantiam pluianū, & tempora serena atq; tranquilla, ad maturitatē producere dignatus es, percipiendos nobis cū gratiarū actione. Per Christū.

Benedictio Ouorum.

Oratio.

**S**vaueniat, quæsumus Domine, tua benedictionis gratia huic Ouorum creaturæ, de qua pullos gallinarū procreare dignatus es: ut cibus salubris fiat fidelibus tuis in tuarum gratiarum actione sumentibus. Per Christum dominum.

De

De orationibus ad Catechumenum faciendum.

**O**mnipotens sempiterne deus, pater domini nostri Iesu Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum. N. quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem caritatem cordis ab eo expelle, dirumpe omnes laqueos Sathanæ, quibus fuerat colligatus. per dominum.

Alia oratio.

**A**peri ei domine ianuam pietatis tuae: & signo sapientiae tute imbutus, omnium cupiditatum foetoribus careat: & ad suum odorem præceptorum tuorum letus, tibi in Ecclesia tua deseruiat, & proficiat de die in diem: ut idoneus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui percepta medicina. pereund. Alia oratio.

**P**reces nostrar, quæsumus domine, clementer exaudi: & in hunc electum tuum crucis dominice impressione, quem signans, virtute custodi: ut magnitudinis gloriae rudimenta seruans, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam peruenire mereatur. per dominum.

Alia oratio.

**D**eus qui humani generis ita es conditor, ut sis etiam reformator, propitiare populis adoptiuis, & novo testamento sobolem nouæ prolis ascriberis filij tui promissionis, quod non potuerunt aliequi per naturam, gaudeant se recepisse per gratiam. Per eundem.

Benedictio salis.

**E**xorcizo te creatura salis in nomine dei patris omnipotētis, & in charitate domini nostri Iesu Christi, & in virtute Spiritus sancti. Exorcizo te per deum viuum & verū, per deum, qui te ad tutelam humani generis procreauit, & populo venienti ad credulitatem per seruos suos consecrari precepit: ut in nomine sancte Trinitatis officiaris salutare sacramentū ad effugandū inimicum. Proinde rogamus te domine deus noster, ut hanc creaturā salis sanctificando sanctifices, benedicendo benedicas: ut fiat omnibus accipientibꝫ perfecta medicina permanēs in visceribus eorum, in nomine domini nostri Iesu Christi: qui vēturus est iudicare viuos & mortuos & s̄culum per ignem. Accipe sal sapientia, per quod propitiatus sit tibi deus in vitam æternā. Oratio.

**D**eus patru nostrorum, deus vniuersae conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuū. N. respicere digneris propitius: & hoc primum pabulum salis gustatē non diutius esurire permittas, quo minus cibo expleat cœlesti,

E iii qu-



quatenus sit semper domine spiritu fruēs, spē gaudens, tuo semper nomini seruens: & perduc eum ad nouę regenerationis lauacrum: vt cum fidelibus tuis, promissionum tuarū æterna præmia consequi mereatur. Per dominum.

**D**eus Abrahā, deus Isaac, deus Iacob, deus qui Moysi famulo tuo in monte Sinai apparuisti deputans eis angelū pietatis tuę, qui custodiret eos die ac nocte: te quæsumus domine, vt mittere digneris sanctum angelum tuum, vt similiter custodiat, & hunc famulum tuum. N. & perducat eum ad gratiam baptismi tui. Ergo maledicte diabole recognosce sententiā tuam, & da hono re in deo vino & vero, da honore Iesu Christo filio eius, & Spiritui sancto, vt ex eas & recedas ab hoc famulo dei. N. quia istū sibi deus & dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam, & benedictionē, fontēq; baptismatis dono vocare dignatus est: & hoc signum sancte crucis (quod nos frōti eius damus) tu maledicte diabole nunquā audeas violare. Per eundem.

Super feminas.

**D**eus cœli, deus terræ, deus angelorum, deus archangelorū, de⁹ prophetarum, deus apostolorū, deus martyrū, deus cōfessorū, deus virginum, deus omniū bene viventium, deus cui omnis lingua confitetur, omne genu flectitur, cœlestiū, terrestriū, & infernorum: te inuoco domine super hanc famulā tuam. N. vt perducere eam digneris ad gratiā baptismi tui. per.

Super masculos.

**D**eus immortale præsidium postulatiū, liberatio suppliciū, pax rogantium, vita credentium, resurrectio mortuorum: te inuoco dñe super hunc famulū tuū. N. qui baptismi tui donum petens, eternam consequi gratiā spirituali regeneratio ne desiderat. Accipe eum domine, & quia dignatus es dicere, petit & accipietis, querite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis: petenti præmī porrige, & ianuam pande pullanti: vt eternā cœlestis lauâcri benedictionem consecutus, promissa tui munc ris regna percipiat. Per dominum nostrum.

**C**audi maledicte Sathanā adiuratus per nōmē eterni dei & saluatoris nostri Iesu Christi filij eius, cū tua victus inuidia tremēs gemensq; discede, nihil tibi sit cōmune cum seruo dei iam cœle stia cogitati, renūtiatu ro tibi ac seculo tuo, & beatæ immortalitati

tati victuro. Da igitur honorem aduenienti Spiritui sancto para clero, qui ex summa cœli arce descendēs, perturbatis fraudibus tuis, diuino fonte purgatū peccatum (id est sanctificatum) Deo tem plum & habitaculum perficiat, & ab omnibus penitus noxijs præteriorū criminū liberatus, seruus Dei effectus, gratias peren ni Deo referat semper, & benedicat nomen eius sanctum in seculo saeculorum. Amen.

Super feminas.

**D**eus Abrahā, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus qui tribus Israël de Aegyptia seruitute liberaisti, & per Moysen famulū tuū de custodia mandatorū tuorum in deserto monuisti, & Susanna de falso crimine liberaisti: te supplex Domine deprecor: vt liberes & hanc famulam tuam. N. & perducere eam digneris ad gratiam baptismi.

De masculis.

**E**xorcizo te immunde spiritus, in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, vt ex eas & recedas ab hoc famulo Dei. N. ipse enim tibi imperat maledicte dannate, qui cęco nato oculos aperuit, & quattriduanū Lazarū de monumento suscitauit. Oratio.

**A**eternam ac inslissimam pietatem tuam deprecor Domine. **S**ancte Pater omnipotens, æterne Deus luminis & veritatis, super hunc famulum tuum. N. vt digneris eum illuminare lumen intelligentiæ tuæ: munda eum, & sanctifica, & da ei scientiam veram, vt dignus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui, teneat firmam spem, cōsilium rectum, doctrinā sanctam: vt aptus sit ad percipiendam gratiam baptismi tui. Per Christum.

**N**on te lateat Sathanā imminere tibi poenas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem iudicij, diē supplicij semper nisi, diem qui venturus est velut clibanus ardens, in quo tibi atq; vniuersis angelis tuis æternus veniet interitus: Proinde dannante atq; dannade da honorem Deo viuo. & vero, da honorem Iesu Christo filio eius, & spiritui sancto, in cuius noīc atq; virtute præcipio tibi quicūq; es spiritus immūde, vt ex eas & recedas ab hoc famulo Dei: quē hodie Deus & Dominus noster Iesus Chri-

E iiiij

stus ad



**A**lus ad suā sanctam gratiā & benedictionē fontemq; baptisma-  
tis dono vocare dignatus est, vt fiat eius templum per aquam re-  
generationis in remissionem omnium peccatorum: in nomine  
eiusdem Domini nostri Iesu Christi: qui venturus est iudicare vi-  
uos & mortuos & s̄eculū per ignē. Ephphatha, quod est aperire,  
In odorem suavitatis. Tu autem effugare diabole, appropinqua  
bit enim iudicium Dei. Ad benedictionem Aquæ. Oratio.

**O**Mnipotens sempiterne Deus adesto magnæ pietatis tuæ  
mysteriis, adesto sacramentis: & ad recreandos nouos po-  
pulos, quos tibi fons baptisnatis parturit, spiritum adoptionis  
emitte: vt quod nostræ humilitatis gerendum est mysterio, tuæ  
virtutis impleatur effectu. Per Dominum.

Præfatio ad benedicendum aquam baptisnatis.

**V**I inuisibili potentia sacramentorū tuorum mi-  
tabiliter operaris effectum, & licet nos tantis myste-  
riis exequendis simus indigni, tu tamen gratiæ tuæ  
dona non deferens, etiam ad nostras preces aures  
tuæ pietatis inelina. Deus cuius spiritus super aquas  
inter ipsa mundi primordia ferebatur, vt iam tunc virtutem san-  
ctificationis aquarum natura cōciperet: Deus qui nocentis mun-  
di crima per aquas abluens, regenerationis speciem in ipsa dis-  
luij effusione signifli, vt vnius eiusdemq; elementi mysterio, &  
finis eslet vitij, & origo virtutibus. Relpice Domine in faciem  
ecclesie tuæ, & multiplicat in ea regenerationes tuas. Qui gratiæ  
tuæ affluitis impetu, latificas ciuitatem tuam, fontemq; ba-  
ptismatis aperis toto orbe terrarum gentibus innouans: vt tuæ  
maiestatis imperio sumat vñigeniti tui gratiam de Spiritu san-  
cto. Qui hanc aquam regenerandis hominibus preparatam, ar-  
cana sui luminis admixtione fecundet: vt sanctificatione con-  
cepta, ab immaculato diuini fontis vtero, in nouam renatā crea-  
turam progenies coelestis emergat. Et quos aut sexus in corpo-  
re, aut ætas discernit in tempore, omnes in vñ pariat mater infantia. Procul ergo hinc, iubente te Dñe, omnis spiritus immun-  
dus abscedat, procul tota nequitia diabolica fraudis absistat. Ni-  
hil hic loci habeat contrariae virtutis admixtio: nō infidiido circu-  
ulet, nō latendo surripiat, nō inficiendo corripat. Sit hæc sancta  
innocēs creatura libera ab omni impugnatoriis incursu, & totius  
nequitiae

nequitiae purgata discessu, sit fons viuus, aqua regenerans, vnda  
ipurificans: vt omnes hoc lauâcro salutifero diluendi (operâte in  
eis spiritu sancto) perfectæ purgationis indulgentiam cōsequan-  
tur. Vnde benedico te creatura aquæ per Deum viuū, per deum  
sanctum, per deum qui te in principio verbo separauit ab arida,  
cuius spiritus super te ferebatur in mudi creatione. Qui te de Pa-  
radiso manare fecit, & in quatuor fluminibus totam terrâ riga-  
re præcepit. Qui te in deserto amarâ (suauitate indita) fecit esse  
potabilem, & litienti populo de petra produxit: vnde benedico  
te per Iesum Christum filium eius vnicum dominū nostrū: qui  
te in Cana Galileæ signo admirabili sua potentia cōvertit in vi-  
num. Qui pedibus super te ambulauit: & à Ioanne in lordanæ in  
te baptizatus est. Qui te vñâ cum sanguine de latere suo produ-  
xit, & discipulis suis iussit, vt credentes baptrizarentur in te, di-  
cens: Ite, & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine pa-  
tris, & filii, & spiritus sancti.

Oratio.

**H**ac nobis præcepta seruantibus tu deus omnipotens clemēs  
adesto, tu benignus aspira, tu has simplices aquas tuo ore benedi-  
cito, vt præter naturâ emundatione, quâ lauâdis possint adhibe-  
re corporibus, sint etiâ purificâdis tibi mētibus efficaces. Oratio.  
**D**escendat in hanc plenitudinem fontis virtus spiritus sancti:  
totamq; eius substantiâ regenerâdi fecundet effectu, hic omniū  
peccatorum maculae deleantur: hic natura ad imaginem tuâ cō-  
dita, & ad honorê sui reformata principij, cūctis vetustatis squa-  
loribus emûdetur: vt omnis homo hoc sacramentum regenera-  
tionis ingressus, in verâ innocentia nouam infantiam renasca-  
tur. Per dominum nostrum.

**S**anctificetur, & scœdetur fons iste renascentibus ex eo in vi-  
tam æternam. In nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Amen.  
**A**brenuntias Satana, & omnibus operibus eius? Abrenuntio.  
Et ego te linio oleo salutis in Christo Iesu domino nostro, vt ha-  
beas vitam æternam, & viuas in secula seculorum. Amen.

**D**eus omnipotens pater domini nostri Iesu Christi, qui te rege-  
nerauit ex aqua & spiritu sancto, quiq; dedit tibi remissionem  
omnium peccatorum, ipse te linuat in vitam æternam. Amen.

**A**ccipe vestem sanctam, candidam, & immaculatam, quâ per  
feras ante tribunal domini nostri Iesu Christi, vt habeas vitam  
æternam.



eternam, & viuas in saecula saeculorum. Amen.

¶ Accipe lampadem ardente[m] irreprehensibilem, & eus[od]i baptis[n]u[m] tuu[m]: vt cum venet Dominus ad nuptias cu[m] omnibus sanctis, possis ei occurrere in aula coelesti: vt habeas vitu[m] eternam, & viuas in saecula saeculorum. Amen.

¶ Dominica in ramis palmarum.

Benedictiones super ramos.

Oratio.

D[omi]n[u]s, cuius filius pro salute generis humani de celo descendit ad terras, & appropinquante hora passionis suu[m] Hierosolymam in asina venire, & a turba Rex appellari, ac laudari voluit, benedicere dignare hos palmarum ceterarumq[ue]; frondium Ramos, vt omnes qui eos latu[m] sunt in manus suas, tuis ita b[ea]ne dictio[n]ibus repleatur, quatenus & in hoc saeculo hostis antiqui testamente superare, & in futuro cum palmis victoria & fructu bonorum operum, tibi valeant apparere.

Alia oratio.

¶ Omnipotens semperne Deus qui Noe famulo tuo ostendisti diluuij effusionem, & per os columbae gestantis Ramum oliu[m] pacem terra redditam remuntiare voluisti: te supplices deprecamur, vt hanc creaturam olinarum siue ceterarum frondiu[m], qua ante conspectum gloriae tuae offerimus, potentia tua sanctificescit: ut eas denotus populus in manibus suscipiens, benedictionis tuae gratiam consequi mereatur.

Alia oratio.

¶ Petimus D[omi]ne sancte pater omnipotens aeternae Deus, vt respiceres digneris super hanc creaturam oliu[m] & palmae, ceterarumq[ue]; frondium, quam in ligni materia perducere iussisti, cum columba rediens in arcu proprio protulit ore, benedicere & sanctificare digneris hos Ramos: vt quicunq[ue] ex eis acceperint, sint ad persectionem animae & corporis, & hanc nostram salutis remedium, & tuae gratiae sacramentum.

Alia oratio.

¶ Omnipotens semperne Deus, qui dispersa congregas, & congregata cōseruas, qui populis hominum & Ramos portantibus benedixisti: benedic hos Ramos palmae & oliu[m], ceterarumq[ue]; frondium, quos filii tui ad honorem nominis tui suscipiunt: vt quoque loco introduci fuerint, tuae benedictionis consequantur effectum: vt omnia aduersa valetudine effugata, dextera tua protegat, quos redemit. Per Dominum.

F I N I S.

## SEQVNTVR DECEM PRAE-

### CEPTA DECALOGI.

### IN TABVLIS BINIS

Iex est depicta posterior.

V Num cole Deum. Ne iures vana per illum.

Sabbatha sanctifices. Charos venerare parentes.

Noli moxchari. Noli de c[on]de notari.

Furta caue fieri. Non sis testis, nisi veri.

Non cupias nuptias. Nec quaras res alienas.

De septem articulis Diuinitatis.

Articulus primus monstrat, q[uod] sit deus unus.

In patremq[ue], sequens dicit, q[uod] credere debes.

Tertius in natum te cogit credere Christum.

Quartus te cogit in sanctum credere pneumam.

Credas in quinto deitate cuncta creasse.

Sextus (ait) crede, dominus peccata remitteret.

Omnes surgemus, septenus dicit aperte.

De septem articulis Humanitatis.

Conceptus, natus, passus, descendit ad ima.

Surgit, & ascendit, veniet discernere cuncta.

De septem sacramentis Ecclesiarum.

Abluo, firmo, cibo, piget, vxor, ordinat, yngit.

De septem operibus misericordie spiritualibus.

Consule, carpe, doce, solare, remitte, fer, ora.

De septem operibus misericordie corporalibus.

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

De septem peccatis mortalibus.

Laudis amore tumens, miseraq[ue], cupidine auarus.

Inuidus, iracundus, iners, gulofus, amator.

De tribus virtutibus Theologicis.

Christicola virtus amor est tibi, spesq[ue], fidesq[ue].

De quatuor virtutibus Cardinalibus.

Est iustus, fortis, est prudens, atq[ue] modestus,

De quinq[ue] sensibus Corporeis.

Visus, odoratus, cum gustu, tactus, & auris.

Laus omnipotenti Deo.



~~Rector de Sistur~~ / donto me glosa  
~~que no se de haga~~ / Rector de Susti  
ren

~~para Jugo~~  
~~que no se de haga~~  
A muy mág señor  
trez montan lo que ave yo  
ago - bien me pago vía mi

Rector Rector

Receta del vino. Hanse desecar sendas ondas de Betonica  
y aquilea y lisoas. De modo que se cada cosa sayu en pol  
uo sendas ondas. Se ha de mastrar con 4 ondas de pi  
jofonta negra. Buena sien molida, media onda desecada  
media onda de acufian, matia onda de clavo rodado en  
malado y misturado sua bueno Usar dello en todas  
casas.

P. D. por D. Bartolomé

~ Benedictus Enies. ~ in dñe. St. Blasij  
Adiuvo nra mnd dñm. De ej seue celu  
et terras. sic pomen dñe. Antónij. ogo  
est nobis dñe. Turris fortitudinis. Re afa  
ci in inicio, dñe exaudi oratio mea. ~  
~ Domine Vobiscum ~

Oratio ~

Saluare mundi dñe. Iesu Christu qui hodiernis dicem  
B. Blasij misericordia tua atq; donum martirio consorasti et  
divinas creaturas ad salutem omnium creasti qui ex quo  
quodammodo et duobus pectoribus quinq; milie fuisse sancti  
et populi tuorum in deserto miraculose gaueisti mes  
fabrem mias tua supliciter eorum et perinde uoluisti  
quos plebs fidelis et duota hodie ad sanctificandum  
dum attulit tuapicata brachiorum et letitiam  
digneris ut qui ex hoc pane comedivint et gubernent  
ab oī guturu gloria et tutia corporis immortalitate me  
ritu & intratu B. Blasij misericordia tua post plena  
recepient sanctitatem quos sorores reuertantur ab oī uirg  
et hinc egreditur sancta consueta. qui uiuunt et regres  
de persona secula sectare. dñe uiuimus, benedicamus  
dñe. Benedictus dei omnipotens pater et filij + Et  
spiritus sancti descendat et maneat super huc panem  
et super omnes gustantes Amen = 11-11-11



a Bnedito ad quodcumq; volueris ~  
Adiutorium mri est o dñe  
~ exaudi, dñs nobiscum ~

Bnē + dic dñe creaturam istam n. s. n. ut sit  
remedium salutare qm̄ humano, et p̄sta p̄r  
invocat p̄ sancti tui nōt ut quicunq; ex ea su  
p̄serint. L. gustauerint corporis sumptuosa fructus  
nuditatem accipiant p̄t qm̄ dñs m̄n amorem  
q̄ aspergat aqua in modū crucis.

~ Bnedito fructum in dies. Blasij ~  
P̄ig. Adiutorium mri in nō dñi dñ. qui fecit  
calum & terram. P̄ig. sic nomen dñi Bnediti  
ex hoc nunc et usq; in seculum. Oramq. ~  
Bnedito hos fructus p̄monet, qm̄ tu dñe ror  
cali & undat p̄ pluia et p̄ p̄m kromata et  
tranquilitate ad maturitatē p̄ducere signos  
et, Bnediti os ad usq; nostras in gratiarū astio  
participare in nō dñi nōt Ihsu x: concedit ut quicunq;  
hos fructus gustauerit, invocato nō Blasij m̄ris  
p̄t, fentrat sanitatem artis corporis. p̄t dñi  
m̄ris. Et bnedicto tui patris & filii & sp̄is p̄t  
descendat finianat super hos fructus Arbor et  
super gustantes ex eis. Amen.

a Bnedito ~

Adiutorium mri in nō dñi, qui fecit cali  
& terras / sic nomen dñi est dñs vobis

o remies

Omnipotens & misericordia dñs qui oim mundi reges  
veritatis solo verbo orati q̄ ad hōm̄ reformasti ih  
idem verbūs per q̄ facta sunt oia incogniti veluti q̄  
magnus es & immensq; terribilis atq; laudabilis et  
tuos miracula pro cuiq; fidei confite gloriam mortif.  
Blasij diuersorū grā tormentis p̄sona pauescens ma  
rij palmam et felicit est adeptus, quia idem i  
cteras grās hanc prerogativam contulisti ut quo  
q̄ guturis morbos viritate tuae curaret manistrantes  
explicat exoramus ut non insperata m̄r realq; adiug  
catus morbis te praecib⁹ hanc creaturā p̄mis bñ  
dicere & sanctificare tua Venerabili p̄icatitudin  
ris tuas grās infundendo ut oīs que ex bona fide q̄  
taverint & agnoscunt guturis morbo gravator se fe  
rint ipsi p̄spiriis & meritis liborent & in ecclesia  
de tua fami & filiorū tibi gratias referant alios  
& laudent nomen tuum gloriosus quod ē bnedictus  
in seculo seculo Amore.

Bnedicto Chorda

Omnipotens semper me dñs & misericors qui p̄icatus mi  
occisorib⁹ querentesq; domam & m̄ram tribus  
oram invenias clementias tuas ut hanc eam  
dñe & dicere & sanctificare digneris ut quicunq;

genuis



quecumque pectus suis scientiā scientiae fuerint  
Si uiam tuam in gloriarorū veritatis indulgentia  
sanctorū misericordia consequantur per dñm n. s. m. p. anno

~ Ordo Benedicti habitus s. i. Augustini. ~

~ Adiutorium dñi exaudi. Q dñs abijet. ~

Dñe ihu x. qui pro nostra saluto suscipebas naturā  
et vestimentis carnis induere dignatus es benedictus san  
ctorum bne + dicta formula vestimenta quae pro gratiis  
tibi operuendis cum oideis qd̄ servatq; uita virtutario  
seatis marie infans iste siue puella super te suscepit  
Inferde in eum quecumque tuam sanctā bne + dicta  
ut cum primum indueris hoc religi. simile vestimentū  
te intendant s. l. Aug. s. i. descendat super eum  
gratia tua et protegat illum ab omni malo mentis &  
corporis. qui uis & regnos per omnia secula secula.

Amen.









